ge alia diuisione. Sz quasi mediū tenētes dicim⁹ q̧ tex. sacri canonis: videlz ab illo loco. Te igit̄ vsq̧ ad dnice oratiōis p̄lationē incipit ibi. Oremus p̄ceptis salutaribus mōti: ibi eñ terminat̄ canon scd̄m dñm Alb. vt tactū est. s. lec. xv. Hic inquā textus cōueniēter diuidit in sex ptes principales. In quarū prima petit̄ a deo bñdictio appositorū munerū: q̄ p̄ tota ecclesia offerunt̄. In scd̄a ponit̄ sanctorū inuocatio: quoꝝ meritis ꝛ precib⁹ nobis dona a dño cōferunt: ibi. Cōmunicātes In tertia petitur sacrificioꝝ oblatorū acceptatio: qua electi a perfidis diuidūtur. In quarta ponit̄ ṽboꝝ forma quib⁹ cōsecratio ꝯficitur: ꝛ panis vniq̧ substātie in xp̄i corp⁹ ꝛ sanguinē cōuertūtur. In quinta ponitur cōsecratio: ꝛ sal⁹ petitur his q̄ sacrificio p̄fruuntur. In sexta subinfert̄ refrigeriū ac suffragū postulatio: ꝛ iterata sanctoꝝ inuocatio: quaten⁹ q̄ petim⁹ a dño cōcedātur. Tertia ibi. Hāc igitur oblationē quarta ibi. Qui pridie. Quinta ibi. Uñ et memores. Sexta ibi. Memēto etiā dñe. ¶ Prīa parcī duas subdiuidit: in quaꝝ prīa dirigit̄ petitio ad dñm vt apposita munera sanctificet. In secunda fit specificatio pro q̄bus sanctificata mūera deo libet: ibi. In primis q̄ tibi. Diuisio prime p̄ticule pz ex p̄ncipio sequētis lectiōis. ¶ B Prima pars incipit a lr̄a T siue. t. Te igit̄. qđ fm̄ Inn. nō videt̄ sine diuina p̄uidētia factū. Est. t. lr̄a mystica fm̄ Isid. i. lib. ethimol. c. iij. Sunt eñ qnq̧ lr̄e mystice apđ grecos. y. qđ hūanā vitā designat: θ. Thita mortē. ꝛ alpha principiū ω finē: q̄ due littere ad xp̄m p̄tinēt: fm̄ illud Apocal. i. Ego sum alpha ꝛ o: p̄ncipiū ꝛ finis. ꝛ theta quā hebrei tau dicūt: nos. t. Dicit̄ aūt thau hebraice quasi signū. Litere aūt grece ꝛ latine ab hebraicis videnť exorte. Formāt eī lr̄e grece ab hebraicis: ꝛ quātū ad sonū ꝛ quātū ad nomē: ꝛ latie a grecis: nā apđ hebreos p̄io dictū ē aleph: deide ex sili enūciatiōe apđ grecos tractū est alpha: inde apđ latinos a. Trāslator aūt ex sili sono alteri⁹ lingue literā cōdidit: vt nosse passim⁹ linguā hebraicā oim aliaꝝ linguaꝝ ꝛ lr̄aꝝ eē matrē: sic ergo a thau hebreo formata ē thita grece: ꝛ. t. latie. Insinuat aūt. T lr̄a siue thau mysteriū crucis dnice: ex sui forma ꝛ formatione ipm̄ rep̄sentās. Est deniq̧ signū illud fm̄ btm̄ Hiero. qđ impssum fuit q̄rūdā fronti⁹: ad dñi iussionē q̄ sic signatis cōcessa est sal⁹ ꝛ liberatio ab interitu mortis angeli p̄cutiētis: de q̄ Ezech. ix. ita scribit̄. Dixit dñs ad virū indutū lineis habētē in lūbis attramētariū scriptoris. Trāsi p̄ mediū ciuitatꝭ in medio hierlm: ꝛ sina T sup̄ frōtes gemētiū virorū ꝛ dolētiū sup̄ cūctis abominatiōib⁹ q̄ fiūt in medio ei⁹. Post hec dixit sex viris. Trāsite p̄ mediaz ciuitatē post cū: ꝛ p̄cutite sup̄ quē nō videritis signū T. Nemini parcat ocul⁹ vester. Et post pauca Oēm aūt sup̄ quē videritis signū T nō occidatis. Illud aūt signū est illđ sup̄ q̄ moyses serpētē eneū erexerat in deserto: quez inspiciētes saluabunt̄ a morsib⁹ serpētū ignitoꝝ Nūeri. xxi. De quo saluator. Sicut moyses exaltauit serpētē in deserto: ita exaltari oportet filiū hois. Fact⁹ est eñ fili⁹ hois obediēs patri vsq̧ ad mortē: mortē autez crucis. Phil. ij. q̄ crux istar lr̄e T figurata fuit: ex stipite scz ꝛ ligno trāsuersali supra apposito: stipite non eminēte: vt v̄ificaret̄ illđ Luc. ix. Uulpes foueas hñt: ꝛ volucres celi nidos: fili⁹ aūt hois nō hz vbi caput suū reclinet. ¶ C Illđ fuit ēt signū đ q̄ Apoca. vij. đr. Uidi alterū angelū ascēdētē ab ortu solꝭ: habētē signū dei viui. Sī vexillū crucꝭ clamātē voce magna: q̄tuor angelis q̄b⁹ datū est nocere terre ꝛ mari dicēs. Nolite noceŕ t̄re neq̧ mari: neq̧ arboribus: q̄adusq̧ signem⁹ s̄uos dei nr̄i i frōtib⁹ eoꝝ. Et qr in canone misse passio xp̄i rememorat̄: q̄ in cruce cōsūmata est: ideoq̧ cōgruū fuit ꝛ rationabile: vt ab ea lr̄a inchoaret̄: q̄ crucē pl⁹ ceteris rep̄senta

ret: qualis est litera T vt scz p̄ ei⁹ inspectionē: sacerdos in memoriā reduceret dnice passiōis. Qđ salutifere crucis signū laudabiliter fideles in quotidiani vsus sensibilib⁹ reb⁹: puta libris: parietib⁹ statutis ip̄mūt: ꝛ exēplo sacerdotis osculant̄: vt a passionis xp̄i memoriā excitent̄: ꝛ ex ei⁹ rememoratiōe sanent̄ a suggestionib⁹ serpētū infernaliū. Sicut olim sanati sunt filij isrl̄ a morsib⁹ serpētū ignitorū p̄ inspectionē serpētis l crucis signo erecti. ¶ Magna eñ est crucis v̄tus: magnū crucis mysteriū: vñ fm̄ Inn. Crux sanitatē restituit: bñdictionē impēdit: discernit a p̄fidis: liberat a periculis: hostes expellit: victores ꝯstituit. Crux mysteriuz fidei sacrm̄ spei: clauis sciētie: forma iustitie: magnificētia regū: gloria sacerdotū: sustētatio inopū: pauperū ꝯsolatio: cecoꝝ lumē: claudoꝝ bacul⁹ desolatoꝝ spes: resurrectio mortuoꝝ. Uerba sunt originaliter beati Io. Chry. in omel. de cruce. Huius crucis laudēs Raban⁹ fuldeñ. monach⁹ ꝛ maguntine sedis archiep̄s mirādo cōpegit artificio: figuris prosa ꝛ metris: nihil eoꝝ omittēs: qđ ad ei⁹ magnificā laudē hūanitus poterit inueniri. Hec de lr̄a. t. siue T canonis principio. cui⁹ exordiū. Te igit̄ clemētissime pater. ¶ D Ad cui⁹ intellectum notādū q̧ nomē Pater: dupliciter in scriptura accipit̄. Accipit̄ eñ q̄nq̧ p̄r essentialiter: ꝛ q̄nq̧ notionabiliter. Essentialiter attribuit̄ toti trinitati: ꝛ singulis p̄sonis cōiūctim ꝛ diuisim: sicut cetera nomina essentialia: q̄ de singulis p̄sonis l oib⁹ simul in singulari numero p̄dicant̄: sicut increatus immēsus: etern⁹: oipotēs: dñs: de⁹. de quo in symbolo athanasij. Etern⁹ p̄r: etern⁹ fili⁹ etern⁹ sp̄ussctūs. Et tñ nō tres eterni: sz vn⁹ etern⁹ ꝛc. Noia eī essētialia: sicut de p̄sonis singulis: ita de oib⁹ siml̄ singulr̄ nō plurali numero p̄dicant̄: sec⁹ de noie p̄sona siue suppositū: qđ lz dicat̄ fm̄ substātiā p̄ quāto nō đr relatiue sz de. Aug. vij. đ tri. c. v. excipit̄ tñ a supradicta regula p̄z eūdē li. viij. đ tri. c. j. vt recitat magister dist. xxiij. p̄mi sen. Et isto mō essentialiter. s. q̄s accipit̄ p̄r i cātico moysi Deut. xxxij. Nōne ipse est p̄r tu⁹ possedit: fecit ꝛ creauit te. Sic ēt accipit̄ Mat. vj. in ōrone dnica. Pater nr̄ q̄ es in celis Et ḡnaliter sic accipi pōt: qñ de eo p̄dicat̄ terminus importās aliq̄đ ꝯueniēs toti trinitati: sicut operatio q̄libet ad extra. Opa eñ trinitatꝭ ad extra sunt indiuisa. Nā p̄r ꝛ fili⁹ ꝛ sp̄ussanct⁹: sicut inseparabilr̄ sunt: ita inseparabilr̄ operant̄: ait Aug. j. de tri. c. iiij. ꝛ magister di. j. lib. iij. Et đr notāter accipi pōt: qr aliqñ etiā respectu termini essentialis i. cōueniētis trib⁹: accipit̄ nō essentialiter: vt cū in symbolo ap̄toꝝ đr. Credo in deū patrē oipotētem creatorē celi ꝛ terre vbi patrē accipit p̄ p̄sona p̄ris tñ: lz sequat̄ oipotētē ꝛ creatorē celi ꝛ terre: q̄ sunt termini essentiales cōuenientes oib⁹ trib⁹. Sz hoc est ex eo qr statim addit̄. Et in iesum xp̄m filiū ei⁹ vnicū dñm nr̄m: p̄ qđ innuit̄ discretio eius a filio Silr̄ h̄. P̄ris ꝛ filij ꝛ sp̄ussctī vna est diuinitas ꝛc. P̄ris: silr̄ filij ꝛ sp̄ussancti accipiūt̄ p̄sonalr̄: lz qđ sequitur: vna diuinitas: sit termin⁹ essentialis: eo qđ h̄ exp̄sse innuit̄ discretio p̄sonaꝝ. ¶ Alio mō p̄r accipit̄ notionaliter: vt ē p̄priū p̄me p̄sone q̄ a nullo est: ꝛ est termin⁹ p̄sonalis: vnā tñ p̄sonā iportās: ꝛ sic semp̄ accipit̄ qñ pōit̄ respectu p̄dicati: p̄sonalē p̄prietatē iportātꝭ: ēt cū exclusiōe ceteraꝝ p̄sonaꝝ vt cū dicim⁹. P̄r a nullo ē: nec fact⁹: nec creat⁹: nec genit⁹: nec p̄cedēs. Silr̄ p̄r genuit filiū sibi coeternū ꝛ ꝯbstātialē. Pōt tñ q̄nq̧ capi notionalr̄, respectu p̄dicati essētialis: sz nō cū exclusiōe alteri⁹ p̄sonaꝝ vt hic P̄r creauit mūdū: p̄r incarnauit. i. incarnari fecit filiū. Pater tradidit in mortem filiū Pater pōt accipi notionaliter: etiā pōt accipi essentialiter: ꝛ fm̄ hoc fm̄ nōnullos hec p̄ticula pōt dupliciter exponi. Uno mō vt accipit̄ essentialr̄: ꝛ tūc resumi dz prima pars hymni p̄missi: vt sic. O deus tri-

Diuisio text⁹ sacri canonis i sex ptes.

Quinq̧ sūt lr̄e mystice apđ grecos Lr̄e grece ꝛ latine ab hebraicis exorte videntur.

Ezech. ix.

Ioā. iiij.

Luce. ix.

Apoc. vij.

De virtute crucis.

Nomē pater in scriptura dupliciter accipitur.

Deut. xxxij.

Mat. vj.

nitas.i.pr̃ clemẽtissime:qr sctũs ẽ:qr dñs sabaoth.
i.exercituũ ẽ:qr pleni sũt celi ⁊ terra gl'ia tua Igit
i.iõ vl' idcirco supplices te rogam⁹ ℂ E Sz ꝯ hãc

Obiectio

expositionẽ vr̃ ẽe,qd̃ statim sequit. Per iesum xp̃z
filiũ tuũ.Nã xp̃s nõ est fili⁹ toti⁹ trinitatꝫ: qr nõ fi
liũ:qr nihil impossibili⁹ q̃ꝫ ꝙ idẽ gignat se:ẽm bea.
Aug.i.de tri.c.Neqꝫ est fili⁹ spũssancti⁹: qr spũssan
ctus posterior est filio origine:qr a filio ꝓcedẽs:et
tñ tã fili⁹ qꝫ spũssanct⁹ ꝑtinẽt ad trinitatẽ:⁊ cũ pr̃e

Rñsio:

sunt vna tota trinitas.ℂ Ad qd̃ respõdẽt ꝙ xp̃s di
ci põt fili⁹ trinitatꝫ:nõ ḡnatiõe diuĩa:sz creatiõe hu
mana:nã ḡnatiõe diuĩa a solo pr̃e est:vt dr̃ Atha-

Athanasius.

nasius i' symbolo.Fili⁹ a patre solo est:nõ fact⁹ nec
creatus:sz genit⁹.Loq̃tur de filio ẽm naturã diui
nã:nõ ẽm assumptã.Creatiõe aũt hũana.i.nature
humane.quã inseparabiliter tota trinitas opata
est:fili⁹ est trinitatꝫ sicut ceteri hoĩes a deo ꝓdu-
cti:ẽm quã xp̃s ẽt a tota trinitate fact⁹ seu creat⁹
est:⁊ ita trinitatis fili⁹. Nõ q̃dẽ ꝙ creari aut fieri
primo ꝯueniat xp̃o q̃ de⁹ est increat⁹: sz ei ꝯuenit
ꝑ cõicatiõnẽ idiomatũ:rõne hũanitatis assũpte si
cut dr̃ passus mortu⁹ ⁊c.Scd̃m quẽ modũ ẽt dixit

Joã.xiiij.

xp̃s Jo.xiiij.Pr̃ maior me est.sz sit eq̃lis pr̃i.ℂ Ue-
rũtñ aliis hec expositio videt a lr̃a extranea:qr q̃-
ties in diuinis sermonib⁹ nomẽ fili⁹ addit, noĩ pr̃
discretio importat:⁊ termini pr̃ fili⁹:nõ essentialr
sz notitialiter accipiunt. Neqꝫ he locutiões appro
bant:xp̃s est fili⁹ ꝟbi:xp̃s est filius spũssancti:q tñ
eadẽ rõne cõcedẽde sunt q̃ illa:xp̃s est fili⁹ trinita
tis.Et q̃uis possent habere ꝟos intellect⁹: tñ ne
aliq̃b⁹ det errãdi occasio:vitant.ℂ F Et ꝑꝑ hoc
Alex.de ales.dñs Alb.Guil.ac ceteri,hãc ꝑticulã
tñ exponũt de pr̃e accipiẽdo notionaliter . Et sic
resumi dz scd̃a ps hymni:vt sic.Pater celestis: q̃a
magnificasti nobiscũ miam tuã vt mitteres filiũ
vnigenitũ.cui turba cãticũ laudis acclamauit.Bñ
dictus q̃ venit in noĩe dñi.Ideo clemẽtissime pr̃ te
supplices,rogam⁹ .Sic pr̃is autoritatẽ insinuat:
ipm solũ inuocãdo ait Alex.quẽ alloq̃tur tãq̃ pñ
tẽ ꝑ grãm q̃ nusq̃ deest ꝑ essentiã:potẽtiã ⁊ pñtiã
Uel ẽm dñm Alb.ꝓ vltimã expositionẽ hymni sic.
Pater qr sanct⁹ es:⁊ celũ ⁊ terrã gl'ia replesti ꝑ eu
charistie sacr̃m Igit te rogam⁹:q̃b⁹ rõnẽ ⁊ cãm te
rogandi; dedisti ꝑ hoc ꝙ celum ⁊ terram gloria
tua ꝑ sacrꝫ implesti. O pr̃ q̃ paterna ꝟtute nos for
mas:paterno affectu dulcissime de nobis cogitas
paterna ꝓuidẽtia bonoꝝ tuoꝝ heredes nos ordi-
nas paterna disciplina instituẽs:vtiliter nos scti-
ficas.Format eñ nos ad maginẽ suã paterna ꝟtu
te: qr nulli⁹ ꝟtutis in celo ⁊ in terra est ꝓpriũ for-
mare natũ ad imaginẽ ꝓpriã:nisi paterne ꝟtutis.

Esa.lxiiij.

Esa.lxiiij. Nũc dñe pr̃ nr̃ es tu:,nos vero lutũ ⁊ fi
ctor noster tu:⁊ opa manuũ tuarũ oẽs nos . ⁊ Ec-
cle.xvij.De⁹ creauit de terra hoiem:⁊ ẽm imaginẽ
suã fecit illũ:⁊ ẽm se vestiuit illũ ꝟtute. Format ẽt
nos ꝟtute dũ inuisibili imagini dei.i.filio q̃ ẽ ima
go dei inuisibilis:in scr̃o ꝑ grãm vnimur ⁊ icorpa
mur. Ad cui⁹ incorpatiõis ꝯsignationẽ hortat nos
aplĩs.i.Cor.xv.Fratres sicut portauim⁹ imaginẽ
terreni:portem⁹ imaginẽ celestꝭ . Qualis terren⁹:
tales ⁊ terreni:⁊ q̃lis celestis:tales ⁊ celestes.Rur
sus pr̃ paterno affectu dulciter de; nobis cogitat:

Sap.xvi.

dũ p̃stat panẽ de celo:oẽ habẽtẽ in se delectamẽtũ
⁊ oẽm suauitatez saporis Sap.xvi.Angeloꝝ esca
nutriuisti pplm tuũ:⁊ paratũ panẽ de celo p̃stiti si
ne labore:oẽ delectamẽtũ in se habẽtẽ:⁊ ois sapo-
ris suauitatẽ Substãtiã eñ tuã ⁊ dulcedinẽ,quaz
in filios habebas ostẽdebas:⁊ deseruiẽs vniuscuiusqꝫ
voluntati ad qd̃ q̃sqꝫ volebat:ꝯuertebat . Uñ ⁊ h̃
panis:pãis filioꝝ canib⁹ nõ mittẽd⁹ dr̃ : q̃ vtiqꝫ a
pr̃e porrigit.Insuꝑ paterna ꝓuidẽtia bonoꝝ suo
rũ heredes nos ordinat:dũ ꝑ incorpatiõnẽ q̃ nos
filiũ sui corpi ꝑ hui⁹ sacri sumptionẽ vnit:nos fi-
lios suos efficit:⁊ veros heredes spũ : q̃ vaporat
de sanguine ei⁹ q̃,potamur.Sicut ait aplĩs ad Ro.
viij.Accepistis spm adoptiõis in quo clamamus:
abba pater:q̃ testimoniũ reddit spiritui nr̃o ꝙ su

Ad ro.viij

mus filiũ dei.Si aũt filiũ:⁊ heredes. Heredes q̃dẽ
dei coheredes aũt xp̃i .Demũ paterna disciplina
instituẽdo nos sanctificat:de quo ad Heb.xij.Pa-
ter spm erudit nos:ad id qd̃ vtile est recipiẽdo sã

ad heb.xij

ctificationẽ ei⁹ Hãc sz multis recipiam⁹ modis:
cõuẽtissime tñ hoc sacro:in quo illi ꝑ spm vnimur
q̃ nũq̃ recessit a disciplina pr̃is.ℂ G Et vt citius
impetrem⁹ qd̃ petim⁹ addim⁹ ,Clemẽtissime.Hꝫ
q̃ppe hũana industria:vt dũ petitiõis sue affectuz
expectat ⁊ desiderat:obsecrati laudes petẽdo ꝓ-
ponat:vt sic ꝑ hoc ei⁹ beniuolẽtiã captet. Quali-
ter videre est apud oratores q̃ in suis exordiis in
sticiã ⁊ famã aliasqꝫ laudis p̃conia p̃mittunt: vt sic
animũ eius quẽ orãt:ad sui inclinẽt desideriũ iple-
mẽtũ.Sic fecit prudẽs mulier Judith:cũ hostiuz
iudaice plebis ꝯtritionẽ impetrare a dño voluit:
huiuscemodi exordio cepit. Dñe de⁹ patris mei
symeõ:q̃ dedisti illi gladiũ in defensionẽ alienige-
narũ:respice in castra assyrioꝝ: sicut tũc ĩ castra
egyptiorũ videre dignat⁹ es.Oratiuqꝫ.De⁹ celo-
rũ creator aquaꝝ ⁊ dñs toti⁹ creature: exaudi me
miserã dep̃cãtẽ ⁊ de tua mia p̃sumẽtẽ. Judith . ix.
Et ita p̃scorũ patrũ plurimos fecisse scriptura cõ-
memorat. Addit ergo ,Clemẽtissime.i.misericor-

Clemẽtia quid.

dissime:qd̃ p̃dicatũ laudis est:qr mia eius suꝑ oia
opa ei⁹. ℂ Est aũt clemẽtia ẽm Alb. ꝟtus: q̃ facit
quẽ p̃stabilẽ suꝑ malicia q̃ ꝯ ipm ꝯmissa est:maxi-
me quãtũ ad penas ꝓ ipsis infligẽdas.Sic eñ cle
mẽtia spectat ad iudices ⁊ p̃sidẽtes:quoꝝ ẽ miaz
reis exhibere:ẽm illud Jac.ij. Mia superexaltat iu-
diciũ.Uñ ⁊ Señ.Clemẽtia est inclinatio animi ad
lenitatẽ in pena exequẽda.Ait eñ lib.de clemen-
tia ad neronẽ.Clemẽtia em tẽperãtia animi i ptã
te vlciscendi.Uel est lenitas supioris aduersus in
feriorẽ in ꝯstituẽdis penis.Et seq̃tur qd̃ dictũ est.
Itaqꝫ dici põt ⁊ inclinatio animi ad lenitatẽ in pe

Sap.j.
Gregori⁹

na exigẽda Hec aũt maxime p̃sides decet : vt in li.
j.idẽ ait.Nullũ clemẽtia ex oib⁹ magis q̃ꝫ regẽ ac
p̃ncipẽ decet.Et eñ de⁹ fest rex regũ ac principuz
p̃nceps:viuoꝝqꝫ ⁊ mortuoꝝ iudex ẽ:maxime deo
cõuenit:ꝑ quã ⁊ ipse sempꝑ citra ꝯdignũ punit:nec
letat in ꝑditiõe viuorũ. Sap.j.,Siq̃dẽ pi⁹ est:⁊ nõ
pascit cruciatu ẽm Greg.lib.dial. Neqꝫ obliuiscet
misereri de⁹:neqꝫ ꝯtinebit i ira sua misericordias

✱ Hoc in sacrificio bñ clemẽtiã mẽmoram⁹:in q̃ sanguis ꝯsecrat et offert:qui sz magnã misericordiã effus⁹ est in remissionez pctõrum.

suas.ps.lxxvj.Cõgrue itaqꝫ ad patris clemẽtiã in
nostra,petitiõe qua petim⁹ miam nobis, exhiberi
aspiram⁹ dicẽtes. Pater clemẽtissime qr sanguis
q̃ hic offert ꝓ multis effusus est in remissionẽ pec
catoꝝ Mat.xxvj.✱Et qm benign⁹ misericors ⁊ p̃
stabilis est suꝑ malicia.Johel.ij.ℂ H Pater igit
clemẽtissime te rogam⁹: ꝯfidẽtes de impetratiõe

Rogatio quid.

eius qd̃ petim⁹:animati pariter ⁊ docti spe ꝟboꝝ
aplĩ tui Jaco.j.c.sue cañ . Postulet aũt in fide nĩ-
hil hesitãs a te dño q̃ dat oib⁹ affluẽter:⁊ nõ ipro
perans.Qui nãqꝫ hesitat:similis est fluctui maris q̃ a
vẽto mouet ⁊ circũfert.ℂ Est aũt rogatio ẽm Alb.
inclinatio ei⁹ q̃ rogat ad exauditiõis ꝯsensum ab
eo qui rogat:⁊ ꝑ hoc differt a,petitiõe q̃ ẽm eũdẽ
est exp̃ssio ei⁹ qd̃ desiderat fieri ab eo q̃ exauditur⁹
rogat. Nõ est aũt rogatio siue petitio:locutio vel
oro:vt quibusdã videt optatiua:ẽm Guil.parrhi.
in diuina rhetorica circa principiũ:sz oro alterius
icli natiua:nõ eñ q̃ optat:vl' desiderat aliq̃d:ideo
ipso petit:nã multi optãt siue desiderãt q̃ nõ petũt
Multi,etiã optãt siue desiderãt q̃ habere nolũt: si
cut viri sancti ⁊ sapiẽtes:q̃ multa cõcupiscũt ⁊ desi
derãt:a q̃b⁹ tñ abstinẽt se viriliter ⁊ auertũt Qui
aũt petit:indubitãter ostẽdit se velle obtinere qd̃
petit. Hec Guil. Itaqꝫ ꝓposito rogam⁹ ⁊ petimus
deũ patrẽ clemẽtissimũ:vt nobꝭ q̃ petim⁹ tribuãt.
Quõ aũt intelligẽdũ sit deũ petẽ tibus ad petita

cōferēdū inclinari: inferi⁹ dicet: cū de sctōꝝ implo
rationibus sermo fiet. ¶ Addit. Ac petim⁹: ad exp̄-
mēdum affect⁹ magnitudinē. Accumulat eñ ſm
Alex. v̄ba deprecatoria dicēs. Rogam⁹ ⁊ petim⁹:
vt ſic geminata poſtulatiōe: meli⁹ obtineat qd̄ in-
tēdit. Et pluraliter loquit̄: ſignificās ſe vice oīm
orōnē fundere deo patri. ¶ I Petim⁹ aūt nō ſup
bi: ſʒ Supplices .i. humiles: qm̄ ab initio ſupboꝝ
ſupplicatio nō placuit dn̄o: ſʒ humiliū. Judith .ix.
vñ Jac. iiij. Supbis de⁹ reſiſtit ꝫ humilib⁹ aūt dat
grām. Humiles ergo nō p̄ſumētes de noſtris me-
ritis: nec i iuſtificatiōib⁹ nr̄is: p̄ſternim⁹ p̄ces no
ſtras ante faciē tuā: ſʒ i miſeratiōib⁹ tuis magnis
⁊ multis cū viro deſideriōꝝ ſctō daniele (Eiuſdē
ix.) ſciētes, qm̄ orō hūiliātis ſe celos penetrat: et
nō diſcedet donec altiſſim⁹ eā aſpiciat. Eccli. xxv.
Vñ ⁊ legim⁹ q᷑ phariſeus ille q̄ iuſticias ſuas alle
gauit corā deo ſpret⁹ ē: vbi publican⁹ ꝯfitēs hūili
ter: iuſtificat⁹ abſceſſit. Lu. xviij. Et qz duo ſunt q̄-
bus petēs obtinet qd̄ intēdit: ſcʒ diuina clemētia
ex p̄te exorati: ⁊ hūilitas ex p̄te orātis. Jō ꝓpter p̄
mū dr̄ pr̄ clemētiſſime. ꝓpter ſcḋm ſupplices peti
mus ⁊ oram⁹. Petim⁹ aūt. Per ieſuʒ xp̄m filiū tuū
dn̄m nr̄m tanq̄ p mediatorē inter te patreʒ ⁊ nos
miſeros pctōres: q̄ ꝓpitiatio eſt ꝓ pctis nr̄is: q̄ la
uit nos in ſanguine ſuo: ⁊ recōciliauit nos p̄ditos
tibi regenerauitq; nos in ſpē viuā: p quē cū eſſe-
mus tenebre: facti ſumus lux in dn̄o. Per hūc er-
go mediatorē: te p̄rem clemētiſſimū rogam⁹ ⁊ peti
mus: p quē impetrādi certitudinē accepim⁹. Ipe
tua v̄itas eterna ſub iuramēti pollicitatiōe nob̄
ꝓmiſit. Amē amē dico vobis: ſi qd̄ petieritis p̄rē
meū i noīe meo: dabit vobis. Joā. xvi. Propter qd̄
merito p ip̄m imploram⁹. Et qz p te rogam⁹: ⁊ pe
tim⁹ dn̄e nr̄ ieſu xp̄e: aperi igit̄ ꝓ nob̄ os tuū ſctiſ
ſimū: os b̄ndictū. Te nāq; os tuū aperiēte: oēs no
ſtri accuſatores obmuteſcēt: te p̄ſtāte patrociniū
cāe nr̄e nulli ex aduerſis ꝯſurgēt. Si nāq; tu ꝓ no
bis: q̄s ꝯ nos? Te dāte vocē gratioſiſſimā p̄iter ⁊
pr̄i gratiſſimā vocē illā angeloꝝ eloquijs incōpa
bilē: an auertet pater miaꝝ aures ſuas? Qui te a
nobis audiri mādauit: dicēs. Hic eſt fili⁹ me⁹ dile
ctus in quo mihi bn̄ cōplacui: ip̄m audite. Mat.
xvij. Quō te ꝓ nobis iterpellātē nō exaudiet. Tu
eñ ſuſcipere dignat⁹ eſt patroni ⁊ aduocati offi-
ciū: teſte dilecto tuo diſcipulo. Aduocatū habem⁹
apud patreʒ ieſum xp̄m iuſtū: ⁊ ipſe eſt ꝓpitiatio
pro pctis nr̄is. Hinc, nr̄am age fideliter cauſam.
Nō opus eſt vt iterū ſanguinē tuū fundas viuifi
cū in ſanctificationē nr̄am: ſufficit nobis vt p̄ces
fundas placatiōis in ꝯſpectu patris. An denega-
bis nobis p̄ces rogat⁹: q̄ ⁊ ſanguinē ꝓpriū tribui-
ſti nō petitus? Tu nāq; appares vultui dei ꝓ no-
bis: vt ſemp viuēs interpellas ꝓ nobis Ideoq; p
te ieſum xp̄m dn̄m noſtrū filiū ſuū: patrē rogam⁹
⁊ petim⁹. ¶ R Quib⁹ v̄bis decribit xp̄s quintu-
pliciter. Pri° quātū ad effectū ſalutarē qz ieſum:
quātū ad dignitatē regalē qz xp̄m: quātū ad ꝓprie
tatē p̄ſonalē qz filiū tuū: quātū ad p̄ſidētiā vniuer
ſalē qz dn̄m: quātū ad ꝯſectū humanalē qz noſtrū.
Quo ad p̄mū dicit euāgeliſta. Vocatū eſt nomē
eius ieſus. Luce .ij. cuius interp̄tationē Mat. c. j.
aperit. Ipſe eñ ſaluū faciet ppim ſuū a peccatis
eoꝝ: venit eñ ſaluū facere qd̄ perierat Luce. xix.
Nec venit vocare iuſtos: ſʒ pctōres: qm̄ nō eſt op⁹
bene habētib⁹ medico: ſʒ male habētib⁹. Mat. ix.
⁊ Petr⁹ ap̄ls Nō eſt aliud nomē ſub celo datū hoi
bus: in quo oportet nos ſaluos fieri. Ip̄m eñ ē no
mē ſalutiferū: qz oīs q̄cūq; inuocauerit nomē dn̄i
ſaluus erit Johel .ij. Ecce effectū ſalutarē. ¶ De-
ſcribitur in noīe xp̄s dignitas regalis: qz xp̄s vn-
ctus interp̄tat̄: ⁊ ipſe q̄de vnct⁹ eſt ſm illō p̄s. De
us. Unxit te deus de⁹ tu⁹ oleo leticie p̄ p̄ticib⁹ tuis.
Reges q̄ppe ꝓphete ⁊ ſacerdotes in lege vngebā

Jac. iiij.

Eccle. xxv

Joā. xvj.

Joā. ij.

Heb. ix.

Deſcribit xp̄s quintu plicater.

Luce. ij.

Act. iiij.

tur: ⁊ iſte rex fuit ꝓpheta ⁊ ſacerdos. Rex. Joā. xij.
Bn̄dict⁹ q̄ venit in noīe dn̄i: rex iſrael ⁊ iterū. Na
li timere filia ſyō: ecce rex tu⁹ venit tibi. Mat. xxi.
Et p̄s. de xp̄o loquēs Sedes tua de⁹ in ſeculū ſe-
culi: v̄ga directiōis virga regni tui. Et iterū deus
iudiciū tuū regi da: ⁊ iuſtitiā tuā filio regis, et in
Apoc. xix. Habet in veſtimēto ⁊ in femore ſuo ſcri
ptū Rex regū ⁊ dn̄s dominātiū. Ecce dignitatē re
galē. ¶ Notat̄ tertio ꝓprietas p̄ſonalis in v̄bo fi
liū tuū: de quo p̄s. Fili⁹ me⁹ es tu: ego hodie ge-
nui te. Et p̄curſori: voce patris lapſa de celo dictū
eſt. Tu es filius me⁹ dilect⁹ in te mihi cōplacui.
Vñ ⁊ ait vox v̄bi ioānes. Et ego vidi ⁊ teſtimoniū
perhibui: qz hic eſt fili⁹ dei. Jo. j. Lucas q̄ʒ. Et qd̄
naſcet̄ ex te ſanctū vocabit̄ fili⁹ dei. Ipſe q̄ʒ ſe dei
patris filiū nedū v̄bis creberrimis: ſʒ ⁊ ſignis ⁊ v̄
tutibus certiſſimis declarauit. Vñ ceco nato poſt
ei⁹ illuminationē loquēs ait. Credis in filiū dei?
Sequit̄. Et vidiſti eū: ⁊ q̄ loq̄tur tecū: ipſe eſt. Jo.
ix. ⁊ eiuſdē. xx. Hec ſcripta ſunt: ait Joānes q̄ v̄ita
ti teſtimoniū p̄hibuit: vt credatis: qz ieſus eſt xp̄s
filius dei: ⁊ vt credētes vitā habeatis in nomine
eius. ¶ L Inuenit̄ etiā p̄ſidētia vniuerſalis in v̄
bo dn̄s ad Ephe. j. Deus pater cōſtituit illū ad de
xterā ſuā in celeſtib⁹ ſup oēm principātū ⁊ pote-
ſtatē ⁊ v̄tutē ⁊ dominationē ⁊c. Et oīa ſubiecit
ſub pedib⁹ ei⁹: ⁊ dedit ipſuʒ caput ſup omnē eccle
ſiam. Ipſe q̄ʒ dn̄s ait Mat. vlt. Data eſt mihi oīs
poteſtas in celo ⁊ in terra. Iterū. Vos vocatis me
magiſter ⁊ dn̄e: ⁊ bene dicitis: ſum etenim. Jo. xiij.
Itē ad Heb. ij. apoſtol⁹. Cōſtituiſti eū ſup oīa op̄a
manuū tuarū: vbi Amb. Ecce poteſtas xp̄i oſtēdit̄
Sicut eñ a diuino op̄e nihil excipit̄: ita nec a xp̄i
poteſtate. Itē ad Philip. ij. Propter qd̄ ⁊ de⁹ exal
tauit illū: ⁊ donauit illi nomē: qd̄ eſt ſup oē nomen
vt in nomine ei⁹ oē gen⁹ flectat̄ celeſtiū terreſtiū
⁊ infernoꝝ. Attēde hic p̄ſidētiā vniuerſalē. Signa
tur demū ꝯſect⁹ humanalis in v̄bulo noſter. Siq̄
dem noſter ieſus: nr̄ xp̄s: noſter filius: noſter dn̄s
Paruulus enim nat⁹ eſt nobis: ⁊ fili⁹ datus eſt no
bis. Datus in antidotū noſtre ſaluatiōis: pabuiū
noſtre refectiōis: in ſacrificiū noſtre recōciliatiōis
in ſacr̄m noſtre ſctificatiōis: in p̄ciū noſtre redem-
ptiōis: qz ieſus .i. ſaluator in aduocatū nr̄e allega-
tionis: in magiſtrū noſtre eruditiōis: in lumē nr̄e
illuminatiōis: in directionē noſtre viatiōis: qz xp̄s
i. vnctus: in ſcutū noſtre ꝓtectiōis: in ducē noſtre
gubernatiōis: in ꝓpugnatorē noſtre defenſionis:
in iudicē noſtre remunerationis: qz dn̄s noſter. Ma
gna igit̄ fiducia p̄ces fundim⁹ ad te patrē clemen
tiſſimū: vbi aſſiduū habemus interpellātē ieſum
prudētiſſimū aduocatū xp̄m: mediatorē acceptiſſi
mū p̄ris celeſtis filiū: petitiōis effectuū largitorē
cū patre potentiſſimū celi ⁊ terre nr̄m ⁊ vniuerſi-
tatis dn̄m. Rogam⁹ ergo ⁊ petim⁹ ſupplices te p̄r
clemētiſſime p ieſum xp̄m filiū tuū dn̄m nr̄m.

Joā. xij.

Luce. iij.

Ad ephe. j.

Mat. vlt.

Eſa. ix.

¶ Lectio. xxi. A

Ti accepta habe-
as et benedicas: hec dona: hec mune
ra: hec ſctā ſacrificia illibata. ¶ Ca-
ptata beniuolētia eius q̄ petit in v̄
bo Te pater clemētiſſime. Comme
morato etiā mediatore: cuius merito oratio nr̄a
patri acceptabilis redit̄: in verbo. Per ieſum xp̄m
filiū tuū dn̄m noſtrū. Iſinuato deniq; ſupplicādi
affectu: quo mēs orātis in ſublime tollit̄: in v̄bo.
Supplices rogam⁹ ⁊ petimus, ſeq̄tur ep̄ſſio eoꝝ
que a clementiſſimo patre obtineri deſiderantur
Que duo ſunt. Primū vt grata ſint offerēda mu-
nera Secundū vt fiant ſacrificia idonea. Primum
exprimitur cū dicitur. Uti accepta habeas. Scḋm
cum dicit̄. Et bn̄dicas. Et tertio offerēda cōgruis
vocabulis deſignant̄: cū ſequit̄. Hec dona: hec mu

Duo ſunt q̄ a clemētiſſimo patre obtineri deſiderantur.

nera:hec sancta sacrificia illibata. In his tribus versabitur hec lectio.xxi. ¶ B Petim⁹ ergo quo ad primū. Te pater clemētissime:vti.i.vt accepta habeas.i.placita tibi sint ⁊ grata hec dona ⁊ munera q̄ panis sunt ⁊ vinū:terrena ⁊ a terrenis tibi oblata:⁊ idcirco diuine maiestati tue indigna: tñ q̄ p filiū vt a nobis iugiter offerant̄ sunt instituta petimus igit̄ vt in honorē dilecti filij tui:hec dona accepta habeas: vt placita sint tue voluntati. Quia eñ oblatiōes:holocausta ⁊ vetere.te.sacrificia:neq̧ sufficiētia erant nec tibi placuerūt:idcirco filius tu⁹ in vltima cena finē imponere volens: acceptis in manib⁹ pane ⁊ vino grās agēs: bñdixit dixitq̧ discipulis. Hoc facite in meā cōmemorationē. Per qd̄ hec ipa dona ⁊ munera nobis in sacrificiū cōmēdauit. Petim⁹ igit̄ vt accepta sint tibi nostra munera:noua filij tui instituta: quib⁹ superuenientib⁹ vetera sunt proiecta:sic eñ in lege mādasti. Superuenientibus nouis vetera proicietis.

Leui. xxvj.

Leuiti.xxvj. Et recte in tpe plenitudinis grē: vetera imperfecte legis sacrificia proiciēda fuerant: qr imperfecta ac insufficiētia fuerāt:qm̄ deo nō placuerunt peccata nō abstulerūt:nec gratū facientē grāz cōtulerāt. De primo dicit Hiere.vj.c. Holocaustomata vr̄a nō sunt accepta:victime vr̄e nō placuerūt mihi. Osee.vj. Miam volo.n̄:sacrificiū:in ps.q̧ Quoniam si voluisses sacrificiū dedissem vtiq̧ holocaustis nō delectaberis. Et in alio ps. Nō accipiā de domo tua vitulos:neq̧ de gregib⁹ tuis hircos. De scd̄o idē propheta dicit. Holocaustum pro pctō nō postulasti:⁊ aplūs ad Heb.x. Impossibile est sāguie hircoꝝ ⁊ tauroꝝ auferri pctā. De tertio idē aplūs ad ad Rom.iij. Ex opibus legis nō iustificabitur ois caro. ⁊ Ezech.xx. Dedit eis precepta non bona ⁊ iudicia in quib⁹ nō viuēt. Precepta scz quātum ad sacrificia:⁊ cerimonialia ac iudicialia:in q̄bus nō viuent vita scz gratie. Et iterꝝ ad Gala.ij. Si p legē iustitia:ergo xp̄s gratis mortu⁹ est. Cr igit̄ pater clemētissime: legis oblatiōes ⁊ sacrificia reprobas tanq̄ inutilia ad eterne vite cōsecutionē:⁊ remissionē pctōꝝ. Te supplices p iesum xp̄m filiū tuū petim⁹ vt accepta habeas hec nr̄a dona munera ⁊ sacrificia:q̄ idē filius tuus in quo tibi bene cōplacuit:nos tibi offerre voluit:p cursu legis euāgelice ⁊ gratie. ¶ C Sz p̄dictis videt̄ obuiare illud Leuiti. iiij. Si peccauerit aia de pplo terre:offerat caprā immaculatā:⁊ adolebit eā sacerdos sup altare in odorē suauitatis dño: rogabitq̧ p eo ⁊ dimittet̄ ei. Videt̄ ergo q̧ legis sacrificia placuerunt dño:⁊ accepta fuerūt ad remissionē pctōꝝ. Itē ibidē.xviij.c. Custodite leges meas atq̧ iudicia:q̄ faciēs hō viuet in eis. Vita āt hōis spūalis est p grām iustificātē:igit̄ videtur q̧ gratiam cōtulerūt. Preterea ad Heb. ix. Si sanguis taurorū ⁊ hircoꝝ ⁊ cinis vitule aspsus iquinatos sanctificat ad emūdationē carnis: quanto magis sanguis xp̄i. Et post pauca. Oia pene in sanguine mūdātur sm̄ legē. Ex quib⁹ v̄bis videt̄ elici posse q̧ p sanguinē aialiū oblatoꝝ in sacrificiū:remittūtur peccata delinquētiū. ¶ Pro hoꝝ solutione aduertēdū:q̧ in sacrificio veteris legis tria cōsiderāda occurrūt:scz caro ⁊ sanguis animalis qd̄ offerebatur. Scd̄o res spūalis q̄ figurabat̄: vt in agno: vel vitulo xp̄s:in capra penitētia:in boue vita robusta ⁊ actiua:in aue vita sublimis ⁊ cōtēplatiua. Tertio psone p q̄b⁹ sacrificiū immolabat̄: ⁊ harū fuerūt due species:qr quedā digne:q̄dā fuerūt indigne. Indigne:q̄ sacrificiū hmōi carnaliter tm̄ attēdebāt. Digne v̄o q̄ ea spūaliter intellexerūt:⁊ in xp̄m in eis figuratū explicite vel implicite credentes:sm̄ spūalē hoꝝ intellectū vitā suā ordinauerit. ¶ Scd̄o aduertēdū q̧ pctā remitti p illa sacrificia dupliciter pōt itelligi. Uno mō quātū ad reatū culpe:q̄ ⁊ cordis macula:⁊ dei offensa appellat̄.

Ad ro.iij.

Ezech. ij.

Ad gal.ij.

Obiectio

Leui.iiij.

Ad he.ix.

Rn̄sio ad obiectionem.

Tria cōsiderāda i sacrificio veteris legis.

Pctā remitti p sacrificia dupliciter intelligit̄.

Alio mō quātū ad reatū penē:pene dico nō debite p pctō in inferno:vel purgatorio soluēde: sz pene legis quā incurrebāt ex esu prohibitoꝝ ciboꝝ: ⁊ ex tactu morticinū:propter q̄ prohibiti fuerunt iudei ab ingressu tēpli:⁊ ita facti q̄si irregulares:de q̄ Nu. xix. ¶ Tertio notādū q̧ sacrificia veteris legis iustificare dupliciter accipit̄. Uno mō q̧ cōferāt grāz gratū facientē: q̄ est vera perfecta ⁊ gratuita iustitia qua reddit̄ deo honor ⁊ debita obediētia. Alio mō q̧ in hoꝝ sacramētoꝝ exhibitiōe iustificent̄ sacrificantes iustitia q̄ est v̄tus moralis ⁊ politica:q̄ acq̄rit̄ ex frequēter iuste operari sicut cetere v̄tutes morales ex actib⁹ frequētatis. ¶ D Per has distinctiones respōdet̄ ad obiecta. Uñ dicēdū q̧ sacrificia illa sz se sumpta:⁊ v̄tute opis operati deo nō placebāt:neq̧ propter ipsa de⁹ pctā sacrificātiū remisit quātū ad culpe reatū:siue cōscientie maculam. Et sm̄ hoc intelligēde sunt autoritates inducte. Illa Hiere. Victime vr̄e nō placuerunt mihi. Et illa apli. Impossibile est sanguine hircoruz auferri pctā: qr ad hoc victime ille institute non fuerāt a deo:neq̧ ad hec attingere potuerūt:cum fuerint res pure corporee ⁊ materiales:q̄ ad peccatorū deletionē nullū efficiētis cause ordinē habuere. Verūtñ p hec sacrificia remittebant̄ pctā quātū ad penas legis: ⁊ immūditias corporales q̄ fuerūt irregularitates q̄dā cōtracte ex tactu cadauerū:vel aliaꝝ corporaliū immūditiaꝝ: q̄ prohibebāt ab igessu tēpli:⁊ reddiderūt pplōs idoneos ad cultū dei. He pene ⁊ ipedimēta tollebant̄ per q̄dā sacramētalia illi⁹ legis. Et sm̄ hoc intelligit̄ dictū apli:q̧ sanguis hircoꝝ ⁊ cinis vitule inquinatos sctificat ad emūdationē carnis. Carnis dico nō aie ad denotādū q̧ grām q̄ immūdiciā mentis deleret:nō ptulerūt. Sicut in noua lege dispēsatio cū male nato ad susceptionē ordinū tollit irregularitatē:sz grām nō infundit. Dicunt tñ doctores cōiter:q̧ hec sacra oblata in charitate ex obedientia dei instinctu:in protestationē vere fidei saluatoris:quē p hec venturū credidere ⁊ protestabantur: deo placuerūt:⁊ remissionē pctōꝝ quātū ad delendū reatū aie promeruerūt:⁊ grām gratū faciētē cōtulerūt. Et sm̄ hoc intelligi dz illud Leui.iiij. facta mētione de sacrificio sequitur. Et orabit sacerdos p eo ⁊ dimittet̄ ei:scz pctm̄: nō q̄dē ex oblato munere: sed ex offerētis deuotione. Simile illud ad Gal.ij. Ex operibus legis nō iustificabit̄ hō:nisi p fidē iesu xp̄i. Durū siquidē dicere videt̄ q̧ aliq̄s ex obedientia ⁊ charitate seruet preceptū dei:⁊ nō mereatur:q̧ si de⁹ det preceptū alicui:⁊ nollit preceptū obseruātē mereri q̄tūcūq̧ ex obediētia ⁊ deuotiōe obseruet. Neq̧ tñ ex his sequit̄ q̧ fuerit v̄a sacrificia:qr nō ptulerūt grām v̄tute opis operati:sz v̄tute boni mot⁹ interioris volūtatis:q̄ nō necessario req̄rit̄ in sacris noue legis:sz sufficit remotio obicis: vt declarat Sco.Liiij.di.j.q.v. Sacrificia tñ ista veteris legis:inquātū sub precepto cadebāt:iustificabāt iusticia morali ⁊ politica:et seclusa deuotiōe q̄ dicta est offerētis:inquātū.s.opa legis:q̄ iusta erāt:ex diuinis preceptis cōformia:generabāt habitū iusticie q̄ v̄tus moralis ē i offerētib⁹. Hec ei ex freq̄ntatis actib⁹ gignit̄ naturalr̄:⁊ nō gratuito infundit̄ supnaturalr̄. ¶ E Et sz has distictiōes trāseūt autoritates hincinde allegate:q̄ videt̄ opposite:⁊ sibiinuicē repugnare. Oia tñ hec veteris testamēti sacrificia p vnicū xp̄i sacrificiū i cruce euacuata sūt: cui⁹ nos q̄tidie memoriā facim⁹: offerētes eādē hostiā i altari. Uñ petim⁹ a pr̄e sacrificiū nr̄z acceptū haberi: ⁊ sue maiestati dignū:nō munerū naturali proprietate sz mediatoris xp̄i institutiōe. ¶ Ut v̄o ipa munera apta reddāt̄ cōuersiōi i verū corp⁹ xp̄i:addit̄. Et bñdicas hec.s.munera.i.bñdictionē v̄tutis tue ⁊ grē i ea diffundas:vt idonea sint tā diuino sacro vt dicit Alber. non enim nostrū est benedicere sed

Ad gal. ij.

Albert

tuū:nr̄m aūt est te inuocare o pater clemētissime: vt tu bn̄dicas. Num.vi. Inuocabūt nomē meū su per filios Isrl̄:ego aūt bn̄dicā eis. Rogam⁹ ergo ⁊ petim⁹ supplices clemētissimū p̄rē ꝫ q̄ren⁹ bn̄di cat ⁊ scilicet munera oblata:vt in viuū sacrificiū ꝯuertant:verū.s.corp⁹ Christi ⁊ verū ei⁹ sāguinē. ¶ F Exp̄munt aūt offerēda munera:panis.s.⁊ vi nū aq̄ mixtū triplici noīe:cū dr̄. Hec dona:hec mu nera:hec sancta sacrificia illibata. Eadē sacrificia sūt his noīb⁹ designata ſm Alex. Nā q̄ sacris al taribus offerunt:munera dr̄r dona ⁊ sacrificia. vn̄ Mat.v. Si offers mun⁹ tuū ad altare ⁊c. ⁊ ad He bre.v. de pōtifice dr̄ q̄ ꝯstitut⁹ est a deo vt offerat dona ⁊ sacrificia p̄ pctis. Nō ergo p̄ p̄missa tria a liud ⁊ aliud dr̄:sed res vna pro sui magnitudie:di uersa appellatiōe laudat. Hoꝝ em̄ v̄boꝝ inculca tio pie deuotiōis est exercitatio:⁊ ineffabilis com mēdatio sacri. Sīq̄dē nō inuenit aliqđ vocabulū: quo tm̄ sacrm̄ digne valeat appellari:nisi q̄ grece dr̄ eucharistia qđ expōit bona grā.

Pronomē hec q̄d de monstret.

Pronomē hec: demōstratiuū pōt demōstrare ad l̄ram substātias oblatas panē ⁊ vinū:vel p̄ tropologiā offerētem ip̄m:vel per allegoriā:q̄ in his substātijs significa tur xp̄m. Nā q̄libet hoꝝ nō icōuenienter dici pōt

Oblata tri plr ꝯside rari p̄nt.

donū:mun⁹ ⁊ sacrificiū. Et ſm hoc tripl'r pōt expo ni. Quo ad p̄miū q̄rtū ad l̄ram p̄nt hec oblata tri pliciter ꝯsiderari. Uel vt ex liberalitate dei in nos p̄fluūt:⁊ sic dr̄r dona. Uel vt a nobis pie recipiū tur:⁊ ita sūt munera. Ut aūt deo a nobis offerunt sunt sacrificia:vn̄ Isid.

Donū q̄d. Munus.

Donū p̄p̄e dr̄ qđ inferiori a supiore ꝯfert. Ja.j. Omne datū optimū:⁊ oē donū p̄fectū desursū est. Mun⁹ qđ ab inferiore supiori p̄ntat. Gen.iiij. Respexit dn̄s ad Abel ⁊ ad mūera ei⁹. Sacrificiū:qđ creatori offert. ps. Uolūtarie sa crificabo tibi:⁊ in alio loco. Sacrificate sacrificiū iustitie ⁊ sp̄are in dn̄o. Et ſꝫ hoc sunt dona: nobis ad sustētationē a deo collata:mūera a nobis deo vt laudet reddita:sacrificia:q: pro pctis nr̄is deo oblata nos sacros efficiūt:vn̄ Alex. His vocabu lis trib⁹ insinuat q̄ hec demōstrata sunt nobis a deo collata:a nobis deo p̄ntata ⁊ oblata in verū ⁊ summū sacrificiū trāssubstātiata. Sic ergo ſꝫ In na. donū est dātis:mun⁹ recipiētis:sacrificiū offe rētis. Dona itaq̄ offerim⁹ cū Dauid dicē. Que de

j.Para.vl.

manu tua accepim⁹:offerim⁹ tibi q: offerri nō p̄nt nisi dona dei. Nō em̄ iniuste acq̄sita:aut rapita lu cra offerri p̄nt.vt.s̄.habitū est. Munera v̄o dū vo lūtarie reddim⁹. Nō em̄ offerri possent nisi essent nr̄a munera:q: munera sunt volūtaria:⁊ hec repo

Exo.xxxv.

ni p̄nt in dei donaria. Exo.xxxv. Ois volūtari⁹ ⁊ p̄ no aīo offerat dn̄o. vn̄ in ps. Filie Tyri in munerī bus vultū tuū dep̄cabūt. Exponit Alb. Filie Ty ri in munerib⁹:iunt aīe angustiate hui⁹ seculi l la bore:vel acq̄rētes vel possidētes que dn̄o debent

Mat.ij. Isido.

offerri:vn̄ ⁊ magi. Uenim⁹ cū munerib⁹ adorare eū. Mat.ij. Sacrificia aūt offerim⁹:dum sacrū faci mus:ſm Isid. Dū p̄ce mystica in memoriā passio nis dn̄ice ꝯsecram⁹. Et ſꝫ hoc aliq̄(vt refert Alc.) sic distinguūt. Hec dona.s.nature:hec mūera.s.de uotiōis nr̄e:hec sctā sacrificia illibata maiestati di uine:vt hec dona referat ad naturā:hec munera ad grāꝫ:hec sacrificia ad incorruptiōis gloriam. ¶ G In his p̄orib⁹ expōnib⁹ p̄ p̄nomē hec:ipsa dona p̄ntia panis ⁊ vinū ad sensū demōstrant. Et

Augu.

hunc ꝯsonat Aug. dona offerim⁹:cū nosipsos deo offerim⁹:munera cū ei⁹ bn̄ficioꝝ memores sum⁹:

ps.

sacrificia illibata cū ei humilitatē ac laudes impē dimus. vn̄ ps. Sacrificiū deo sp̄ūs ꝯtribulat⁹:cor ꝯtritū ⁊ humiliatū de⁹ nō despicies. Possunt nihi lomin⁹ p̄ p̄nomē hec:ad intellectū offerētes my stice demōstrari:vt nos offerētes intelligamur p̄ dona:munera ⁊ sacrificia. ¶ Pōt etiā tertio p̄ pro noīa:iliꝫ q̄ venit offerēd⁹ ad intellectū allegorice demōstrari.i. Christ⁹ q̄rtū ad corp⁹ ⁊ sanguinē sic

intelligēdo. Rogam⁹ te pater clemētissime vt hec dona:hec munera:hec sacrificia:hoc est xp̄m in cu ius corp⁹ ⁊ sanguinē hec materialia dona panis: ⁊ vini substātiā orant ꝯuerti:accepta habeas ⁊ bn̄ dicas:faciēdo.s.vt effectū optatū habeāt in illis p̄ q̄b⁹ offerim⁹. Dicit aūt xp̄s q̄rtū ad corpus ⁊ san guinē donū:mun⁹ ⁊ sacrificiū. Donū:inq̄rtū a p̄re nobis dat⁹ est liberal'r. Esa.ix. Fili⁹ dat⁹ est noб. Mun⁹:inq̄rtū hec sp̄ūssancti formatiōe l vtero vir ginis deuote sūt recepta ſꝫ illud Lu.j. Ecce cōci

Luce.j.

pies in vtero ⁊ paries filiū. ⁊ seq̄t. Sp̄ūssctūs sup ueniet in te ⁊c. Sacrificiū:inq̄rtū ex nimia charita te in cruce seip̄m obtulit spōte in sacrificiū nr̄e re dēptiōis:ſm illud Esa.liij. Oblat⁹ est:q: ipse vo

Ad ephe. v.

luit. ⁊ ad Ephe.v. Dedit semetip̄m p̄ nobis obla tionē ⁊ hostiā deo in odorē suauitat. ¶ Uel dicit xp̄s donū:mun⁹ ⁊ sacrificiū:q: ip̄m p̄r dedit:filius obtulit:sp̄ūssctūs accepit:singul'r tn̄ dederūt ob tulerūt ⁊ receperūt:sꝫ ad distinctionē dr̄ p̄r dedis se p̄pter autoritatē:fili⁹ obtulisse p̄pter humilita tem:sp̄ūssctūs accepisse p̄pter benignitatē. ¶ Ex p̄missis itaq̄ p̄ꝫ q̄uo offerētes:oblata:⁊ q̄ p̄ri offe rēdus in eis significat:sunt dona:munera:⁊ sacri ficia. ¶ H Dicit etiā pl'r hec dona:hec mūera ⁊c. q: panis ⁊ vini pl'r⁹ q̄ ꝯsecrent:⁊ diuersē sunt spēs substātiarū:⁊ diuerse substātie spērū:sꝫ vbi ꝯsecra tio celestis accesserit:spēs q̄dē remanēt:substātie ꝯuertunt:vt sint diuersa ꝯtinentia:vnū v̄o ꝯtētū. Nā idē sub vtraq̄ spē ꝯtinet.s.tot⁹ xp̄s:sꝫ nō ī idē vtraq̄ panis ⁊ vini substātia ꝯuertat:de q̄.j.lati⁹. ¶ Uel referēdo p̄dicta ad corp⁹ xp̄i ſm vltimā expō nē. Quāq̄ xp̄s vn⁹ ⁊ in se idiuisus:total'r:integra liter q̄ ꝯtineat:dr̄ tn̄ pl'r:hec dona:hec mūera:hec sacrificia:p̄pter diuersitatē realē sui corporis ⁊ sā guinis:q̄ sūt diuersa ⁊ p̄mo ꝯtēta sub dictis spēb⁹ ex vi ꝯsecratiōis sacralis. Nō em̄ corp⁹ xp̄i est san guis xp̄i:neq̄ sanguis xp̄i est corp⁹ xp̄i:vel pars ei⁹:pars dico illi⁹ corporis qđ est p̄mū signatum spērū panis. Hoc em̄ est corp⁹ illud:qđ est p̄rimū p̄fectibile ab aīa rōnali:tale aūt nō est sanguis:cū sanguis nec sit aīat⁹:nec aīalis ſꝫ p̄hos.⁊ p̄hs.ij.

Phs.ij.de aīa.

de aīa.c.j. Ex aere q̄dē em̄:aut aqua impossibile ē ꝯstare aīatū corp⁹:opꝫ em̄ firmū esse. Relinq̄t aūt mixtū ex terra:⁊ ex his esse:vt vl'r caro ⁊ p̄portio nabile. Et cōmētator cōmē.cxl. Impossibile est ei sicut dicit ſm p̄hm:vt ꝯstō corpis esset ex aere aut aq̄:aīalia em̄ necessario indigent corpore duro:se quit. Ut est caro ⁊ ei⁹ sile in aīalib⁹ carētib⁹ carne. Hoc etiā ꝯsonat cōi dicto doctoꝝ asserētiū sangui nē xp̄i nō fieri p̄ntē spēb⁹ panis p̄ se ⁊ directe vt cō secratiōis:sꝫ p̄ quādā ꝯcomitātiā:qđ verū nō esset si sanguis esset p̄ se pars corporis. Q: ergo real'r

Quare di cūt hec do na sctā ⁊ il libata sa crificia.

plura sūt:sanguis corp⁹:⁊ sub distinctis specieb⁹ per se continentur:petimus in plurali:vt hec do na:hec munera:hec sancta sacrificia accepta ha beat ⁊ benedicat. ¶ I Et dicuntur hec dona san cta ⁊ illibata sacrificia(ſm Alexandrum) Sancta ratione significationis:non ſm se:sed quia signifi cant sacrosanctum corpus ⁊ immaculatū sangui nem Christi. Et illibata non quasi nōdum gusta ta:sed illibata idest immaculata:quia sine macu la cordis ⁊ corporis oportet offerri:quatenus et cor ab iniquitate mundetur:⁊ corpus ab immun

Esa.lij.

dicia:ſm illud Esaie.lij. Mūdamini qui fertis va sa domini. ¶ Uel dicunt sancta.i.ad sanctū vsum deputata:quomodo Achimelech dixit ad Dauid in figura huius sacramenti. Nō habeo panes lai cos ad manum:sed tantum panem sanctum.j.Re

j.Reg.xxj.

gum.xxi. Panis laicus communis panis est:qui sacerdotibus in officio non cōmittit:sed panis di citur sanctificatus ⁊ sanctis ministrandus. ¶ Uel referendo hec dona:hec munera ⁊c ad id quod si gnant:⁊ in quod conuerti orantur.s.corpus ⁊ san guinem xp̄i:sicut sunt sancta ⁊ illibata.i.munda:

⁊ nulla sordiũ: aut peccatoꝝ ꝯtagione maculata: q꞉ sanctispũs opatione de purissimis sanguinib⁹ gloriose virginis formata: ⁊ vnione inseparabili: ſm Dãma. ineffabili summe ⁊ sanctissime deitati vnita: rõne cuius in ipsis omnis sanctitas redundat. vñ ⁊ scribit ps. xv. Non dabis sctm tuũ videre corruptionẽ: nec in se solũ sancta sunt ⁊ immaculata: sed etiã quo ad nos. Nos eñ sanctificaverũt ⁊ mũdavere a sordib⁹ pctõꝝ: ſm illud Apoc. i. Lavit nos a pctis nostris in sanguine suo. ¶ De his munerib⁹ ⁊ donis oblatis: frumẽto. s. de quo panis ⁊ vino dꝛ Zacha. ix. Bibẽtes inebriabũtur quasi a vino: ⁊ replebunt vt phiale: ⁊ quasi cornua altaris: ⁊ salvabit eos dñs coꝝ in die illa vt gregẽ ppli sui: q꞉ lapides elevabũt sup terrã ei⁹. Quid eñ bonũ ei⁹ est: ⁊ qd pulchrũ ei⁹: nisi frumẽtũ electoꝝ ⁊ vinũ germinãs virgines? Que exponẽs. d. Alb. ait. Hec de sacro altaris intelligunt: q꞉ bibentes dñi calicẽ inebriabũt amore eternoꝝ vsqꝫ ad oblivionẽ sui ⁊ terrenoꝝ: quasi vino qd letificat deũ ⁊ hoies. Ebrietasqꝫ illa ſm glo. placebit deo sicut sacrificiũ altaris: phiale eñ sup altare liba fundunt. Vel ſm Alber. illo vino replent phiale spiritualis animi devotione: quoꝝ illis a sanguis dñi infũdit: ⁊ sic eũ replet dvotiõis odoramẽto: vt his letificati ⁊ ꝯfortati sacris: efficiãt cornua altarꝭ ad ventilãdũ oẽ qd deo nõ militat. Et sic salute sacramẽti salvabit eos dñs eaꝝ in die illa: nove. s. gre q꞉ tũc clare iulgebit ad tenebrarũ purgationẽ: salvabit aũt sicut peculiarẽ gregẽ ppli sui: cui de seipso pabulũ pparavit. Lapides eñ scti: hoc est ministri novi testi solidi: vivi ⁊ ꝑtiosi: tũc elevabunt in dignitatẽ in terra ecclie: qb⁹ merito ppetue sctitatis sacra cõmittũt. Et hãc refectionẽ in illibato sacrificio determiat dꝛ. Quid est bonũ? Bonũ inqꝫ ois boni bonũ qd oia bonificat: sine quo nihil est bonũ. Et qd pulchrũ ei⁹: qd oia mũdat ⁊ pulchrificat nisi frumẽtũ: quo toto amore fruendũ est. Electoꝝ qui a massa pditionis p grãz vocatiõis divine separati sũt: ⁊ añ mũdi ꝯstõnẽ electi in ipo. Hoc aũt frumẽtũ illibatũ sacrificiũ est: qd ad gustũ vel visum aliens deo nũqꝫ libatũ fuit. Apo. ii. Dabo ei mãna abscõditũ: qd nemo novit nisi q accipit. Vel ſm glo. Frumẽtũ electoꝝ salvator est: q꞉ ipse ẽ panis q de celo descẽdit: ⁊ ꝯfirmat cor electoꝝ: qui bibit ab his q sancti sunt corpore ⁊ spũ: qui introducti in cellã vinariã: gaudẽtes sequunt agnũ quocũqꝫ ierit. Hec glo. Sãguis aũt est vinũ germinãs virgines. i. virgineas mẽtes: ⁊ tã virgineas q germinaret omni germine virtutũ: nisi ⁊ ipꝫ esset virgineũ: ⁊ id penit⁹ illibatũ. Vel ſm glo. germinans virgines. i. pplm in vnũ deũ credẽtẽ: q pri⁹ cultu idololatrie ꝯstuprabat. ¶ R Dũ aũt hec ꝓfert sacerdos: trib⁹ crucib⁹ panẽ ⁊ vinũ signat: vtrũqꝫ cõiunctim. Nã ⁊ in seqñtib⁹ freqñt hmõi signatiões iterat añqꝫ post ꝯsecrationẽ: vt. i. patebit. ¶ Ubi primis advertẽdũ ꝙ hmõi cruces qb⁹ sacrificiũ signat: nõ fiũt dũtaxat ad ꝯsecrãdũ hostiã. ſm btm Tho. parte. iii. q. lxxxiii. arti. iii. aliorqñ post ꝯsecrationẽ fieri nõ deberẽt. Sꝫ pncipalr p crucis signa modũ ⁊ ordinẽ dñice passiõis repñtat: vt dicit Inno. ꝙ vba canonis ad ꝯsecrationẽ ⁊ effectũ ipsius imperrãdũ ptinẽt: signa ad historiã recolẽdã. Uñ q꞉ sacrificiũ istud pfectissimũ memoriale est dñice passiõis: vt nihil desit quo vl visus: vl audit⁹ tã salubri memorie coopet: vniversa in hui⁹ sacri cõsecratõe ac dispẽsatiõe ꝯcurrẽtia: sive visu: sive auditu pceptibilia: ad passionis dñice repñtationẽ sũt ordinata: vestes. s. ⁊ vasa: altarꝭ palle ⁊ tabule cerimonie ⁊ vba: vt ex pdictꝭ ptꝫ. Cũ ergo xpi passio in cruce sit ꝯsũmata: ꝯvenienter p signa crucis ipsa passio repñtat: vt hoc signo quo passio ꝯsummata est ei⁹ memoria mẽtib⁹ tenaci⁹ insignat. Et qm passio qbusdã gradib⁹ cõpleta est: siqdẽ aliq passiõis partes pcesserũt crucifixionẽ: aliq in cruce sunt ꝯsummata: ideo vt ꝯgruo ordine singula repñtent q crucifixionẽ pcessere p crucis signationes añ ꝯsecrationẽ factas: q vo in cruce ⁊ post crucem acta sunt vel passa: p easq ꝯsecrationẽ sequũtur designant. Crucẽ pcesserũt dñi traditio: et ad mortẽ vẽditio: ⁊ mortis ipsi⁹ in sacri hui⁹ instõne psignatio. In traditiõe ꝯsiderant psone a qb⁹ xps tradit⁹ est ad mortẽ. In vẽditione psone qb⁹ vẽditus est. Persona qꝫ vẽdẽtis ⁊ venũdatiq oia repñsentant p cruces in canonis pncipio: ⁊ circa hec vba. Bñdictã: ascriptã: ratã. Et iterũ circa hec vba. Corp⁹ ⁊ sanguis ꝯsignatas: vt patebit in pcessu. ¶ L Christi itaqꝫ triplex traditio designat p tres cruces in hoꝝ vboꝝ. Hec dona: hec munera: hec sancta sacrificia illibata: platiõe designatas. Tradit⁹ est eñ xps a deo: a Iuda: a Iudeoꝝ poplo. A deo pre: a filio: a spũsancto. A deo pre ſm illd Ro. viii. Proprio filio suo nõ pepcit de⁹: sed pro nobis oib⁹ tradidit illũ. Tradidit eñ filiũ pordinando eius passionẽ ad humani gñis salutẽ: dãdoqꝫ hoi xpo volũtatẽ patiẽdi. Et nõ cohibẽdo occidentiũ seviciã: immo dãdo eis q cogitaverũt in dñm faciẽdi facultatẽ. Uñ dicit xps pilato. Non haberes ptãtem adversũ me vllã: nisi tibi datũ esset desuper. Tradidit etiam seipsum filius. i. Petri ca. ii. Tradidit aũt iudicãti se iniuste. ⁊ ad Ephesi. v. Christ⁹ seipm tradidit pro ecclesia vt illã sctificaret: mũdãs eã lavacro aq in vbo: vt exhiberet ipse sibi gloriosã ecclesiã nõ hñtem maculã neqꝫ rugã. Itẽ a spũsctõ. Is est qui p os Cayphe pphetavit. Expedit vt vn⁹ moriat homo p populo ⁊ non tota gens pereat. Io. xi. ¶ De scda traditione Iude hr Lu. xxii. Iuda osculo filiũ hois tradis. ⁊ Mat. xxvi. Querebat oportunitatẽ Iudas vt eũ traderet. De tertia dꝛ de funesto Iudeoꝝ ꝯsilio. Vinctũ adduxerũt eũ ⁊ tradiderũt põtio pilato psidi. Mat. xxvii. Et pilat⁹ ad xpm Gens tua ⁊ põtifices tui tradiderũt te mihi. Io. xix. Prima traditio q traditus est a se: a pre: ⁊ spũsancto facta est ex charitate nimia. Io. iii. Sic deus dilexit mundũ: vt filium suũ vnigenitũ daret. Et iterũ in psona redẽpti hominis loquẽs apostolus ait ad Gala. ii. In fide vivo filii dei qui dilexit me ⁊ tradidit seipm pro me. Scda fuit ex avaritia. Nam ꝯstituerunt ei: haud dubiũ quin Iude. xxx. argẽteos: qrenti a Iudeis: Quid vultis mihi dare ⁊ ego eum vobis tradaꝫ. Mat. xxvi. Tertia facta est ex invidia. Sciebat ei pilat⁹ ꝙ per invidiã tradidissent eũ. Ibidẽ. xxvii. Tradidit ergo illũ deus ex dono: Iudas p munere: Iudeus in sacrificiũ illibatũ: qd tñ non Iudei: sed Gẽtiles libaverũt: qm ablatũ est ab eis regnũ dei: ⁊ datũ genti faciẽti fructũ eius. Matt. xxi. In huius ergo triplicis traditiõis memoriã quã de⁹ fecit ex dono: Iudas p munere: Iudei in sacrificiũ illibatũ: singuli aũt ad mortẽ. s. crucis: tres cruces facim⁹: vnã in platione verbi: hec dona: scdaꝫ verbi: hec munera: tertiã in verba: hec sancta sacrificia illibata. ¶ M Scdꝫ Duran. aũt in rõnali etiã fiunt tres cruces in canonis exordio: ob reverentiã eius cui⁹ potẽtia fit ꝯversio hoꝝ donoꝝ ⁊ munerũ in verũ sacrificiũ: corpus. s. ⁊ xpi sanguinem. Hic eñ est de⁹ trinus: cuius opa indivisa sunt: q tota trinitas tradidit ipm ad mortẽ: vt tota redimeret nos a morte per ipsam. Vel ſm eũdẽ: in memoriã trine crucifixionis xpi. Prima fuit in voluntate pseqñtiũ Iudeoꝝ: dum collegerũt põtifices ⁊ Pharisei ꝯsiliũ qño Iesum occiderẽt. Ab illo ei die cogitaverũt occidere eũ. Io. xi. Scda fuit i vocib⁹ clamãtiũ: crucifige crucifige eum. Mat. xxvi. Tertia fuit in trãsfixiõe manuũ ⁊ pedũ: nã crucifixerũt eum: ⁊ cum eo latrones: vnũ a dextris: aliũ a sinistris. Luc. xxiii. Vel ſm Alb fiũt tres cruces ppter tres xpi illusiones. Fuit eñ derisus coram

Ps. xv.

Apocal. i.

Zach. ix.

Alber.

Ephese. i.

Ad qd fiũt cruces qb⁹ sacrificiũ signat.

Inno.

Triplex xpi traditio.

Io. xix.

Ad eph. v.

Luce. xxii.

Mat. xxvi

Mat. xxvi

Durãd⁹.

Alber.

pōtificib⁹:corā pilato:ꝛ corā herode.Uerū signa-
tio triplicis traditionis pncipalior est:q̄ ſm Alex.
tunc cepit cum filius ex decreto patris:ex cōsilio
spūſancti:necnon ex pprio bn̄placito veniēs hie
rosolymam semetipsum exposuit passioni.Seq̄-
tur.In primis ꝛc.

¶Lectio.xxij. A

IN primis que tibi

offerimus pro ecclesia tua sancta.
¶Postq̄ sacerdos depcat⁹ est deuz
patrē:vt sua clemētia apposita mu-
nera sanctificet.In illa secunda pri-
me partis particula specificat pro quib⁹ hec ipsa
dona ꝛ munera deo offerat.Et subdiuidit in par-
tes quatuor.In pma petit ea acceptari pro tota
ecclesia gnalr.In scd̄a p summis ecclesie capitib⁹
spālr ibi.Una cum famulo tuo.Tertio p omnib⁹
recte credentibus fraternalr ibi.Et omnibus or-
thodoxis.Quarto p quibusdam spālibus singlr:
ibi.Memento.¶Circa primū quatuor petit.Pri
mo tranq̄llitatem pacis.Scd̄o custodiam ab ad-
uersariis.Tertio membrorꝫ ecclesie adunationē.
Quarto conuenientē totius ecclesie gubernatio-
nem.vnde di.Rogamus ac petimus.In pmis te
pater clementissime vti accepta habeas:hec do-
na:hec munera:que tibi offerimus.Offerim⁹ ſm
Alb.i.ad te porrigentes ꝛ eleuantes ferim⁹.vt si-
cut dicimus sursum corda habemus ad dominū:
ita nos extendentes eleuamus oblationem cor-
dium eleuatione ꝛ manuum ptensione. Unde et
Aaron pectora ꝛ armos dextros separans ab ho
stijs eleuauit coram domino:sicut pcepit moyses
Leui.ix.Pectora quidem pro cordis eleuatione.
Armos dextros pro operis pfectione eleuās per
intentionem ꝛ deuotionem coram domino.Dicit
autem offerimus in plurali:lꝫ vnus solus sacer-
dos celebrans offerat:quia sacerdos non in sua
dūtaxat psona sacrificat:sed in psona totius eccle
sie.Quapropter nihil in sacramento ecclesie a bo
no magis nihil a malo minus perficitur sacerdo-
te:quia non in merito sacerdotis:sicut nec in per-
sona:sed in merito ecclesie cuius psona offertur:ꝛ
in verbo creatoris conficitur.Non ergo sacerdo-
tis iniquitas impedit sacramenti effectum:sicut
nec medici infirmitas virtutem impedit medici-
ne:vt latius.ſ.dictum est lec.ij.In psona ergo ec-
clesie ait sacerdos.offerimus tibi.s.deo patri cle-
mentissimo:quia tibi soli vni deo:non idolis offe-
rendum est.Exo.xx.Non adorabis ea.s.idola:ne-
q̧ coles Ego sum dominus deus.Offerimus aūt
tibi in pstationem supmi dominij:quod habes
sup omnia.Nam ꝛ sacrificiū describitur:quod est
oblatio facta deo in recognitionē supmi dominij.

Exodi.xx.

¶B In pmis notatur ordo huius oblationis q̄-
tum ad eos pro quibus fit oblatio:quoniam et si
charitate spiritualia bona omnibus cōmunican-
da sint:cum omnes diligere teneamur.nihilomi-
nus charitas est ordinata:ſm illud Cantic.ij.In-
troduxit me rex in cellam vinariam:ordinauit in
me charitatem.Unde offerendū est primo.i.pnci-
palr p ecclesia tota.Deinde p psonis singulari-
bus:quoniam bonum commune pponendum est
bono pnato ꝛ singulari:tanq̄ nobilius minus no
bili.vñ ꝛ phs.i.ethi.Amabile quidem vni melius
aūt genti ꝛ ciuitati Hunc aūt ordinem pmum orā
di ꝛ offerēdi pro omnibus gnalr:ac deinde p his
qui in sublimitate constituti sunt.tāgit aplūs.i ad
Timo.ij.Obsecro pmo omnium fieri obsecratio-
nes:orōnes:postulationes:grarum actiones pro
omnibus hominibus:pro regibus:ꝛ pro omnib⁹
qui in sublimitate constituti sunt:vt quietā ꝛ trā-
quillam vitam agamus in omni pietate ꝛ castita-
te.Hoc enim bonum est ꝛ acceptum coram salua

Charitas est ordinata.

Aristotel. i.ethi.

sens importat. Cū aūt phs tps sit diuisibile (q: nō pono instātia indiuisibilia) dubitari pōt quāto tēpore possim⁹ vti p tpe phti. Ad qđ dicēdū tāto: quāto placet ita tñ q includat phs nūc. Uñ possumus vti p tpe presenti: hora phti: die psenti: mēse phti: anno presenti: hoc est hora includēte phs nūc: die includēte phs nūc ꝛ sic de alijs. Cū aūt aliquo tēporis spacio vtimur p phti. (exēpli causa presenti die.) quicqd est p aliqua pte hodierne diei: phs dicit esse illa die siue hodie: ꝛ ita esse. Quātus ergo est: dicit tps psens: est tñ in bñplacito pferētis: quanto tpe velit vti p phti: an magno: paruo: vel instāti sⁱponeret. Et sm hoc variant ppositiōes in veritate ꝛ falsitate. ℭ R Per hoc ad ppositū. Dico q in illa hoc est corp⁹ meū: hoc demonstrat corpus xpi: in qđ cōuertēdus est panis speciebus visibilibus subiect⁹: vt dictū est. Et significat phs tps includēs plationē hui⁹ vocalis cū instāti terminātē ipsum: qđ est primū instās nō esse eius: qđ est instās cōuersiōis: vt valeat tantum hec oratio: hoc est corp⁹ meū. i. hoc cōtētū in qđ cōuertēdus est panis ꝛc. in aliqua pte tēporis includētis plationē: ꝛ instās terminās: est corp⁹ meū. Et hoc est verū: etiā si de nouo corpus xpi inciperet esse simpliciter in instāti cōuersiōis. Nā de eo verū est dicere qđ est: q: est cōtētū sub specieb⁹ in primo non esse plationis vboꝝ: qđ ex suppositiōe est pars tēporis presentis importati p est. Et hāc respōsionē tāgit Sco. in. iiij. di. viij. q. ij. post tredecim ɔclusiones: quas ponit ad inuestigādū qñ ppositio sit vera: quid importet verbū est: ꝛ qđ demōstret pronomē hoc. Tandē declinat ad hoc q est importat tēpus sm intētionē exprimētis: ꝛ quātū est in se: ꝛ in quantū est minister dei: q̄ orationi assistit sm intētionē quā habere debet minister ad faciēdū quod sic intēdit. Hec aūt est: vt tota oratio referat ad vltimum instās plationis ipsius orationis: siue hoc sit ex vtute sermonis: siue ex determinatiōe pferētis ꝛ hoc nō tm̄ in se: sȝ in ordine ad principale agens assistēs ad agēdū. ℭ Et p hoc ad rōnē in principio huius lectiōis factā dicit: q pnomem hoc demōstrat ad intellectū corp⁹ xpi: p quo ꝛ supponit. Et demōstrat ad sensum substātiā panis ꝛ species: quas cōnotat: vt dictū est. Et licet corp⁹ xpi nō sit phs dum oratio pfert: sufficit q sit presens in tempore presenti qđ p copulā est: importat. Est eñ importat totū tps includēs temp⁹ plationis: ꝛ instās cōuersionis tanq̄ presens: ex itētiōe quā habere dȝ pferens sacerdos: ꝛ ita erit simpliciter vera. ℭ S Uerū quicqd sit de hac disputatiōe logica: hoc tenendū est: q hec oratio nō est forma sacrālis vt vera: sed vt tale signū pcedēs forte tpe: vel ad min⁹ natura: suam veritatē. i. ɔuersionē p quā ppositio est vera. Et nec vt vera: nec vt falsa est cōuersiua: sȝ vt sic tanq̄ dispositio puta a deo instituta ad effectū sacrālē: cui dñs ex pacto assistit ad causandū talē effectū in termino sue plationis: siue significet hoc: siue aliud: siue vera: siue falsa. Nō itaq̄ necesse est ministro de ei⁹ veritate disputare. Sufficit ei intēdere pferre hāc orōnē eo mō ꝛ fine: quo xps instituit eā pferēdā. Et hec est intētio debita: quā habere debet actualiter vel habitualiter: vt declaratum est lec. vi. qua existēte: ꝛ ipso orationē vocaliter distincte pferēte: assistit de⁹ ad pficiēdū effectum: etiā si sacerdos ipsa verba tanq̄ imperitus latini idiomatis nō intelligeret: aut actu ad eoꝝ significationē nō attēderet. Nec cautū est celebrāti in hora ɔsecrationis secū disputare ac solicite intēdere qđ p pnomē demōstret: sȝ attēdat vt vba integre pferat: velitq̄ hoc fieri ad vboꝝ a se platorum expressionē: qđ xps instituit: ꝛ ecclesia credit. ℭ T Ostensa nūc vtcūq̄ veritate huius orationis: hoc est corpus meū: q̄ est forma cōsecrationis. Etiā paulului addēdū est de eius cōgruitate: quantum ad singulos terminos in ea positos. Cōgruitate nō dico grāmaticali: q̄ manifesta est: sed vboꝝ in ea ordinatoꝝ aptitudine ꝛ cōuenientia ad rē ipsam que ibi significat ꝛ agit. Posset eñ alicui videri vt arguēdo recitat doctor irrefragabilis. parte. iiij. q. xxxiij. mē. iij. ar. ij. q inepte poneret hoc pnomen hoc: p subiecto: qđ sȝ vim vocabuli demōstrat id qđ est in pspectu pferētis: nil aūt tale: nec panis: nec species (siquidē hec tm̄ sunt presentia in pspectu proferētis) nihil hoꝝ est corp⁹ xpi. Ideo ponēdū erat aliud subiectū expresse importās idē cū predicato: vt ab oib⁹ audiētibus ꝛ pferentib⁹ statim deprehēderet eius veritas. ℭ Item q: forma ista cōuersiua: qua trāssubstātiat panis in corp⁹ xpi: que fit platiōe facta: in ipsaq̄ vtus infinita: p quā creata sunt oia: opat: quodammodo creās sub his specieb⁹ corp⁹ xpi quantū ad nouā eius presentiā. Opera aūt creatiōis p verbū fiat imperatiui modi exprimunt: vt est illud. Fiat lux: fiat arida ꝛc. Cōueniētius fuisset ponere vbū trāsitionē ꝛ pductionē sub tpe futuro ꝛ modo imperatiuo importās: vt fiat: vel cōuertat: aut simile: q̄ vbū est: quod est substātiuū importās subsistētiaȝ rei: nō trāsitionē ꝛ hoc indicatiue sub tpe presenti. ℭ Itē in ceteris sacrorum formis ponit vbū importans operationē ministri circa materiā sacri: vt baptizo: cōfirmo: inungo: absoluo. Ideo ꝛ hic poni deberet hmōi vbū: vt cōficio vel reficio: vt sic exprimeretur nō solū operatio dei inuisibiliter operātis: sȝ etiā ministri visibiliter circa materiā aliqd agentis. Preterea cū hoc sacro reficit aia tanq̄ cibo vite: ꝛ caro magis cōuenit cibo ꝛ refectiōi: q̄ corpus quod ossa includit: magis erat dicēdum: hoc est caro mea. Uñ ꝛ dñs ait. Caro mea vere est cib⁹ Et panis cui⁹ ptes sunt eiusdē rationis: expressiue significat carnē christi homogeneā: q̄ corp⁹ quod habet partes similes ꝛ dissimiles. Unde ꝛ christ⁹. Panis quē ego dabo caro mea est p mundi vita. Caro dicit: nō corp⁹. Itē trāssubstātiatio sm rōnē nominis: dicit substātiā mutatā in substātiā: ideo magis dicēdū fuit: hoc est substātia mea. Preterea magis dicēdū erat corp⁹ xpi: q̄ meū: q: pferūtur a sacerdote loquente de xpo in tertia psona. Qui pridie q̄ pateretur accepit. benedixit: ꝛ fregit. Uel si relatio fit ad xpm: magis dicēdū fuisset: hoc est corpus eius. ℭ Item licet xps dixit discipulis. In nomine meo demonia eiciēt: tñ discipuli eiciētes dixerūt in noie xpi: sicut Paulus dixit spiritui phytonisse. Precipio tibi in noie iesu xpi exire ab ea. Et Petr⁹ Act. iij. In nomine Jesu Christi Nazareni surge: ꝛ ambula. Dicēdo etiā corp⁹ xpi: ois dubietas tolleret: ꝛ error simpliciū dubitantium vel putātium sacerdotē loqui in psona sua. ℭ U Ad cōgruitatis ostensionē: ꝛ obiectoꝝ solutionē notat sanct⁹ Bona. post Alex. di. viij. quarti. q. vij. q hec oratio singulariter significatiua est iter oēs orationes. Nā alie orationes tantū sunt indicatiue veritatis existētie eius qđ significāt. Hec autē qđ significat efficit ꝛ operat. Nec solū est oratio hec singularis cōparādo ad alias communes locutiones: sȝ etiam singularis cōparando ad alias formas sacramētales: sicut ꝛ hoc sacrm nō solum oim alioꝝ dignissimū est: sȝ ꝛ supermirabile ꝛ singularissimū. Unde sicut sex notant hoc venerabili sacro singularia: ita eadē singulariter oportuit per eius formā designari. Primū est mirabilis illa cōuersio panis in corp⁹ xpi: cuius cōuersionis mira singularitas i superiorib⁹ exposita est: ideo oratio que dicit forma huius sacramēti: nedū est significatiua: sed operatiua. Efficit eñ qđ significat tanq̄ cā sine qua nō: vt. s. lec. xlvij. dictum est. ℭ Secundū: q operatio illa siue cōuersio ad successiuā orationis prolationē facta: nō est successiua: sed instantanea. ℭ Tertium: q nō est operatio

Marginal notes: Scotus. — Gene. i. — Joan. vi. — Mar. viii. — Act. xvi. — Act. iij. — Sanctus Bona. — Sex singularia notant in hoc venerabili sacramēto.

sine productio alicui⁹ rei noue. vel nō existētis: sꝫ terminus eius est ens actu cōpletū: substātialiter nō mutatum. ¶ Quartū: ꝙ cōuersio illa terminat ad illud ens: scꝫ corp⁹ xp̄i: vt est signū alteri⁹: videlicet corporis xp̄i mystici: ecclesie scꝫ fideliū q̄ est corpus capitis christi ſm apostolū. Dedit illū caput supra omnē ecclesiam q̄ est corp⁹ ei⁹. ¶ Quintum: ꝙ hec cōuersio fit virtute ṽbi increati: nō tñ sine ministro sacerdote ṽba certa sup materiā certā cū intētiōe debita proferēte. ¶ Sextū: ꝙ sacerdos nullā operationē habet p̄ter ṽboꝝ ꝓlationē circa materiā cōuertēdā. Siq̄dē ad effectū ꝯuersionis nō requirit ꝙ sacerdos materiā: scꝫ panē ⁊ species tāgat: leuet: frāgat: aut dispēset. Sine oībus his sola ṽboꝝ ꝓlatiōe: cū intētiōe cōsecrādi. fit cōuersio etiā si nec tāgat: dispēset: frāgat: aut sumat. Nō sic in alijs sacramētis. In baptismate nō sufficit ꝓlatio ṽboꝝ sup pueꝝ ⁊ aquā: sꝫ requirit lotio in aqua: q̄ est operatio sacerdotis baptizātis. Et in cōfirmatiōe vnctio in fronte cōfirmādi: q̄ similiter est opatio ep̄i ꝯfirmatoris: sine q̄bus nihil efficiūt ṽba. ¶ Et hec sex subtiliter ⁊ aptissime designant p quatuor ṽba forme. Nā qꝛ forma est operatiua: p subiectū eius significari oportuit ⁊ ꝯuersum: ⁊ illud in qḋ erat ꝯuertēdū siue cōuersio: naꝫ si designaret operatio sine eo qḋ cōuersia fit non esset vera oratio. Et cū illud importat p predicatū oportuit illud designari ⁊ p subiectū. Sꝫ illa duo in subiecto p terminū simplicē vnū tm̄ modū significandi habentē: fieri nō potuit: qꝛ vno modo significāda nō erāt. Nec apto in breui forma verboꝝ: quā oportuit distincte ꝓferre poneret ex multis terminis ꝯplexū. Ideo aptissime positū est pronomē demōstratiuū hoc: qḋ vnicū in voce ad intētionē debita ꝓferētis haberet duplicē demōstrationem ad sensum ⁊ ad intellectū. Ad sensum demonstraret panis substātiā sub visibilib⁹ specieb⁹ presentem cōuertēdam. Et ad intellectū: corp⁹ xp̄i nōdū p̄ns tanq̄ hui⁹ ꝯuersiōis terminū. Pro isto supponēdo: alr̄ cōnotādo: qḋ sic aptissime fit p ꝓnomen demōstratiuū: qḋ ex primeua institutione hꝫ demōstrare ad intentionē ministri cōficiētis. Nec oportuit illā significationē patere oīb⁹ idiotis: cū secretissimū est hui⁹ sacri mysteriū: vt vult Diony. inde ecclesiastica hierarchia Neq̄ ab intellectu significatiōis orōnis depēdet ṽtus cōsecrationis vt dictū est. Hec quo ad ꝓnomē hoc. ¶ Qꝛ ēt terminus huius cōuersiōis: q̄ principaliter in oratione significat: est actu ens nō mutatū substantialiter: nō debuit poni verbū mutatione ei⁹ importās puta fieri: sicut dicim⁹ ex aere aquā fieri: vbi importatur substātialis mutatio termini: qꝛ ꝓductio aque simpliciter p ṽbū fieri: sꝫ debuit poni p verbum essendi vt significaret cōuersio esse sine mutatione termini. Et q̄m cōuersio illa fit nō successiue sꝫ instātanee: vbi simul est fieri ⁊ factū esse instans etiā cōuersionis nō diuidit a tp̄e prolatiōis p tp̄s vel instans mediū q̄si post ꝓlationē futurū: sꝫ instās terminās ꝓlationē ipsum est instās cōuersionis. Ideo ṽbū essendi nō debuit esse futuri tp̄is: sꝫ p̄ntis tp̄is: qꝛ termin⁹ rei p̄ntis: p̄ns indicat. Et lꝫ virtus cōuersiua sit infinita: ṽtus scꝫ ṽbi increati p qḋ facta sunt oīa: tñ p hāc in illa cōuersiōe nihil nouū creat. Neq̄ cōuersio illa est ad nouā p̄ntiaꝫ corpis xp̄i: tanq̄ ad terminū formalē: sꝫ ad ipsum corpus xp̄i: ad cui⁹ substātialē existētiā desinit eē panis cōuersiue: vt habitū est lec.xi. Ideo nō dr̄ cōuersio hic trāslocatio: sꝫ trāssubstātiatio. Corpus aūt xp̄i in hac cōuersione nō creat: qꝛ aū fuit ⁊ p cōuersionē trāssubstātialiter nō mutat: ideo nō debuit poni ṽbū imperatiuū: vocās rē de nō ad esse fiat vel crectur: sꝫ ṽbum est substātiuū: significās immutatā ⁊ semp existētem corpis xp̄i substātiaꝫ. Hoc de verbo est. ¶ Qꝛ etiā cōuersio fit panis in corpus xp̄i: tāq̄ in signū alteri⁹: qꝛ corp⁹ xp̄i res est sacri panis: ⁊ sacrm̄ corpis mistici qḋ ex multis mēbris diuersoꝝ officioꝝ cū vno capite xp̄o cōnectitur: signās vnionē mēbroꝝ fideliū cū xp̄o: non sufficit: dicere caro. Qḋ lꝫ sufficeret ad rōnē cibationis sp̄ualis exprimēdā (ꝓpter qḋ xp̄s cū de cibo loq̄tur: vtit noīe caro) ad signādū aūt vtrūq̄ qḋ ptinet ad rationē sacri dicēdū erat corp⁹: qḋ cōe ē ad totū hōgeneū ⁊ eterogeneū. Vñ in institutione sacri dixit xp̄s. Accipite ⁊c. hoc est corpus meū. Et lꝫ panis: qꝛ cib⁹ ⁊ eiusdē rōnis in suis ptib⁹: apte significet carneꝫ xp̄i: qꝛ tñ ex multis granis cōficit p aque admixtionē vnitis tn̄ pastā redactis: apte significat corp⁹ xp̄i ex multis mēbris cōnexuꝫ: ala eius sacrosancta viuificatū: vt vult bea. Aug. sup Ioā. Vt ergo vtrūq̄ significaret: ⁊ corp⁹ xp̄i vt cibus vite: ⁊ vt mystici corpis significatū cōgruētius dr̄ corp⁹ q̄ caro. Qꝛ etiā tota opatio ista fit ṽtute ṽbi increati hoc sacrm̄ instituētis ⁊ dispensantis sub hac ṽboꝝ forma: minister ex potestate a deo sibi tradita hoc idē ministeriū aliter sacra⁹ eadē ṽba assumit: non: tñ in sua: sꝫ in xp̄i principalis et summi sacerdotis psona: ideo ṽba xp̄i nō mutata ꝓferre debet. Vñ nō corp⁹ xp̄i: vel corpus tuū: sed meū dicere opꝫ: qḋ nō sacerdotis: sꝫ xp̄i corp⁹ demōstrat. Et lꝫ sacerdos in p̄cedētib⁹ ṽbis loquat de xp̄o in psona tertia: in his tñ loquit in psona xp̄i prima vt dictū est: neq̄ est simile de p̄tāte eijciēdi demones tradita: ⁊ de potestate cōficiēdi: qꝛ ibi nō instituit formā aliquā. Nec ei⁹ectio demonū facta est ṽtute ṽboꝝ: sꝫ ṽtute fidei ad xp̄m. P̄mus eñ ibi fides opata est: q̄ ṽba. Vñ frequēter dixit xp̄s in suis miraculis. Fides saluū te fecit: aut fiat ibi sicut credidisti. Hic aūt formā sacri istituit quē mutare nō licebit. Qꝛ demū sacerdos nullā habet circa materiā eucharistie operationē p̄ter ꝓlationē ṽborū nō debuit aliud verbū operationē sacerdotis circa materiā significās addi: sicut in alijs sacramētis. ¶ Et p hoc pꝫ ꝙ ṽba illa q̄tuor sufficiūt quodq̄ cōgruētissime sunt posita: nec supflua nec diminuta. Patet etiā p hec obiectionū solutio sufficiēs. Nō tñ intelligēdū ꝙ illa ṽba sic necessaria sunt ꝙ p alia a deo formata institui nō potuit. Potuit eñ quecūq̄ voluisset instituere: sꝫ ex cōgruitatibus allegatis fuerūt magis apta. Et tm̄ de forme ꝯsecratiōis panis ꝯgruētia: ⁊ certissima ṽitate.

¶ Lectio.xlix. A

Expeditis trib⁹ pri cipalibus diuisiōis lec.xxviij. premisse mēbris: scꝫ forme integritate: eius efficacia ⁊ ṽitate. Restat quarti mēbri ꝓsecutio: qḋ est de cōuenienti singularissime ꝯuersiōis expressiōe. Qua scꝫ habitudine noīa terminos hui⁹ cōuersionis significātia poni debeāt in locutiōe: vt cōuersio ipsa catholice ⁊ vere exprimat. Sūt aūt noīa terminoruꝫ huius cōuersionis panis ⁊ corp⁹ xp̄i: aut eis equipollētia. Panis nomē est termini a quo: corp⁹ xp̄i termini ad quē. Inquirendū itaq̄ an ipsa cōuersio his noīb⁹ exprimi possit p ṽbū esse fieri. posse esse simplr̄ in rectis: vel mediāte ꝓpositiōe ex: de vel in obliq̄s. Inueniunt nēpe orōnes varie diuersoq̄ apud sctōs: q̄b⁹ de hac sacrosctā trāssubstātione sunt locuti. Nā ⁊ ṽbis Amb. eā nūc p ṽbū pōt: exprimit lib. de sacris. vbi dicit. Qḋ aūt pōt qḋ panis est: esse corp⁹ xp̄i? Rñdet cōsecratiōe. Nunc p verbū erat ⁊ est. Ibidē. Quod erat panis ante cōsecrationem: iā corp⁹ xp̄i est ibidē. Nūc per verbū fit. Unde idem in lib. de catechizādis rudib⁹. Panis ⁊ calix fit nobis alimētum resurrectionis. In lib. de sacramentis. De pane fit corpus xp̄i. Et sequitur. Ex pane fit corp⁹ xp̄i. Et vinū fit sanguis christi. Ubi etiam addit prepositiones ex: de. Et se

Ephe.i.

Diony.

i.Cor.x.

Augusti.

Ambros.

quitur ibidē. Calix sanguinis efficitur. Similiter et beatus Aug. varie loquit. Nā in lib. sniarū pro speri. Celestis panis qui christi caro est. Et sequitur ibidē quasi se exponēs. Uocatur corp⁹ xpi cuz sit reuera sacrm. Idē in .c. Qui mādu cat de cōsec. dist. ij. Panis est corpus xpi. Calix sanguis. Idem lib. iiij. de trini. Corpus ⁊ sanguinē christi dicim⁹: qđ ex fructibus terre acceptū: ⁊ prece mystica cōsecratū recte sumim⁹ ad salutē spiritualē. Quod autem ex fructibus terre acceptū est: ⁊ prece mystica consecratū panis est. Dicit ergo panē esse corpus xpi. Idē p sic: exprimit in .c. Nō ois. ea. di. vbi dicit. Nō ois panis: sz accipiēs bñdictionē xpi: fit corp⁹ xpi. Itē in .c. vtrū sub figura. in ea. dist. exprimit p prepositiōes ex: ⁊ in. vñ ait. Ex substātia panis et vini corp⁹ xpi mystice ꝯsecrat. Et sequit. Corp⁹ xpi ⁊ sanguis in virtute spūsancti ex panis ⁊ vini substātia efficit. ⁊ sequit. Ipse scz xp̄s est qui p spiritū sanctū: hāc vez panis substātiā: suam efficit carnē et transit vinū in sanguinē. Itē in cōfessiōe Berēgarij: vt habet eadē dist. Ego Berēgarius ꝓfiteor eandem fidē me tenere de sacris dñice mēse: quaz hec sancta synod⁹ autoritate euāgelica ⁊ aplica tenendā tradidit: mihiq firmauit: scz panē ⁊ vinum que in altari ponunt: nō solū sacrm: sz etiā verum corpus ⁊ sanguinē dñi nr̄i iesu xpi esse. Itē Eusebius emissenus de cōse. dist. ij. c. q: corp⁹. sic exprimit. Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substātiā corpis ⁊ sanguinis sui verbo suo secreta ptāte cōuertit. Sequit. In xpi substātiā terrena ⁊ mortalia cōuertunt. Ecce oibus modis in lectiōis huius principio ꝓpositis: fācti vtūtur de venerabili eucharistia dogmatizātes. Sz vidēdū q̄ modi sint ꝓprij: q̄ figuratiui: vt obscura exponant: ⁊ ad sermonis ꝓprietatē q̄ sunt min⁹ ꝓpria: reducant: q̄s ⁊ glosse dictarū autoritatū faciūt. ¶ B Suppono itaq et frequēter dictis: q in hac conuersione: q̄ua panis ⁊ vinū in corp⁹ ⁊ sanguinē xpi trāssubstantiatur: panis ⁊ vinū ſm se ⁊ quodlibet sui desinūt: manētib⁹ accidētib⁹: quib⁹ desinētibus succedit corp⁹ xpi: qđ nō de nouo ꝓducit: sz pexistēs incipit de nouo esse sub illis accidētib⁹. Nihilq qđ est aliqđ ipsius panis vel vini: nō materia: nō forma: nō aliqua ps ei⁹ intrat: ꝯiūgit aut manet in: vel cū corpe xpi: ⁊ sanguine sub accidētib⁹ remanētibus. Hec est catholica veritas: hic intellect⁹ quē in oibus sermonib⁹ ꝯuersionē istā exprimētib⁹ cōcipere oportet ⁊ tenere: ⁊ qbuscūq sermonib⁹ exprimatur cōuersio ac trāssubstātiatio panis ⁊ vini in corpus xpi: nihil aliud intelligit p conuersionē et trāssubstātiationē: q̄ oimoda panis ⁊ vini desitio: et corpis ⁊ sanguinis xpi sub remanētib⁹ accidentibus successio. Et ad hunc intellectū debēt retorqueri ⁊ exponi. Sz nūc vidēdū q̄ locutiōes ſm sermonis ꝓprietatē sunt cōcedēde. ¶ Pro quo aduertendū: q duplices possunt formari ꝓpositiōes in proposito. Quedā in qb⁹ panis qđ importat terminū a quo cōuersionis: ⁊ corpus xpi qđ importat terminū ad quē sunt extrema totalia: qdā in qbus nō sunt totalia extrema. Propositiones in quibus panis ⁊ corp⁹ xpi sunt totalia extrema sunt simpliciter false de rigore verbo4: siue sint de inesse: siue de possibili: etiā cuiuscūq tpis: ꝯpositis: preteriti vel futuri. Cui⁹ ratio est: q: ois ꝓpositio de inesse affirmatiua cuiuscūq tpis fuerit: importat vnionez extremo4 pro tpe p copulā importato. i. q: importat p subiectū ⁊ p̄dicatū sunt idē: siue magis logice loquēdo: q extrema scz subiectū ⁊ p̄dicatū supponāt p eodē. Si aūt fuerit de possibili: importat vnionē illā esse possibilē p aliquo tpe. Hinc est illud: q nunq ꝓpositio de inesse: de preterito vl de futuro est vera: nisi sua de presenti aliqñ fuit: vel aliqñ erit vera: q: oē tps preteritū aliqñ fuit pñs et omne futurū aliqñ erit presens. Sic nunq ꝓpositio de possibili est vera: nisi sua de inesse sit possibilis. Cū ergo hec: panis est corp⁹ xpi: simplr est impossibilis ideo oēs ille sunt false ⁊ impossibiles panis erit corp⁹ xpi: corpus xpi fuit panis: panis pōt esse corp⁹ xpi: panē possibile est esse corp⁹ xpi. Silr ⁊ eaz cōuerse. Et q: non sunt dabiles alie propositiones affirmatiue de inesse ⁊ possibili a p̄dictis in quib⁹ sunt totalia extrema: sequit qđ dictū est: q oēs tales sunt false. ¶ C Propositiones vero in qb⁹ nō vterq terminoꝝ panis ⁊ corp⁹ xpi est totale extremū: sz ad min⁹ vnus eoꝝ est pars extremi: sunt in duplici differētia. Aut sunt ambo recti casus aut alteꝝ eoꝝ est obliqui casus. Si ambo sunt recti casus tūc predicant mediante verbo fit: efficit: incipit esse: ⁊ siqua sunt silia. Et tūc ad veritatē talis requirit q extrema ad min⁹ successiue supponāt pro eodē. Uñ illa: albū fit nigrū: nūq erit vera: nisi illud qđ iam est albū: aliqñ sit nigrū. ita q pro illo pro quo albū supponit: aliqñ supponat nigrū. Sic de ista. Petōr fit iust⁹: ꝓsecutor fit discipulus ⁊ similib⁹. Unde illa est simplr falsa: hō fit asinus hō fit cadauer: embryo fit hō: q: illud qđ est hō: totū scz cōpositū: nunq erit: nec fuit illud qđ est vel erit cadauer. Cōpositū em̄ ex materia ⁊ forma cadaueris nunq fuit hō: sz materia hois pōt fieri materia cadaueris. Et materia embryōis potest fieri materia hois. Et materia hois fieri pōt materia asini: licet p multas trāsmutationes medias. Et ad hūc intellectū qñq: (sz improprie) cōcedunt iste: hō fit cadauer: lignū fit ignis: q: pars hominis aut ligni fit pars cadaueris vel ignis. Sed siue ꝓprie siue improprie nō est illa vera ſm vim verbo4. Panis fit corp⁹ xpi: q: nec nūc nec posterius: qđ est panis pōt esse corpus xpi: idō nec simul nec successiue panis ⁊ corp⁹ xpi pro eodē supponūt. Nec pars panis aliqñ erit ps corpis xpi q: in cōuersione panis tot⁹ desinit: nec aliqđ ei⁹ intrat corpus xpi. Unde oēs ille sunt simpliciter false panis fit corp⁹ xpi. panis factus est aut fiet corpus xpi. Sic de verbo efficit: incipit esse: et similibus. ¶ D Si aūt alter terminoꝝ ponit in obliquo: tūc regulariter ponit cū additione p̄positiōis ex: de vl in: ita q ex vel de: addit termino a quo. i. pani: vt ex pane: vel de pane fit corp⁹ xpi. Et tūc p̄positio ex vel de: pōt dicere circūstātiā cause materialis: vel circūstantiā ordinis: vt cū dicim⁹. Ciphus fit de vel ex auro: q̄ad primū: vl ex mane fit meridies vt d̄r. v. Metaph. quoad scđz. Primo mō adhuc falsum est dicere: ex pane fit corp⁹ xpi: q: valebit: ex pane tanq ex materia fit corp⁹ xpi: q̄ falsa est vt iaz dictū est. Scđo mō ꝯcedit: q: tūc tm̄ dicit ordinem substātie panis ad p̄ntiā corpis xpi. ⁊ valet tm̄. ex vel de pane fit corp⁹ xpi. i. post desitionē panis fit p̄ns corp⁹ xpi: siue pani succedit corp⁹ xpi. hoc mō etiā cōcedit: ex nō hoie fit hō. i. post non esse hois succedit esse hois: qđ nihil aliđ est dicere: nisi post q aliqđ nō fuit hō: fit hō. Silr cōcedit: ex nō albo fit albū. Quā forte p̄hs non cōcederet: nisi ꝓpter cōe subiectū vtriusq termini. Si vero ponitur p̄positio in addita termino ad quē. i. corpus xpi: vt dicēdo. Panis trāsit vel ꝯuertit in corp⁹ xpi: ⁊ tūc denotat circūstātiā termini ad quē cōuersiōis: et ideo ipsa vera est: ⁊ inter alias magis ꝓpria. Naz tm̄ valet: panis trāsit in corp⁹ xpi. i. panis trāsit vl cōuertit: cui⁹ trāsit⁹ seu ꝯuersiōis corp⁹ xpi ē terminus ad quē: qđ nihil aliud est: nisi q desitiōi panis q̄ trāsit de esse ad nō esse: termin⁹ ad quē. i. illud qđ succedit: est corp⁹ xpi. ¶ E Ex qbus summarie colligit qđ solū his locutiōib⁹ vere exprimit trāssubstātiatio panis in corp⁹ xpi: in qbus ablatiuo pane addit ex vel de: aut accusatiuo corp⁹ xpi: addit p̄positio in. Et scđa p tāto est magis ꝓpria: q: nō denotat cōem materiā vtriq termino ꝯuersionis. Et ad alterā illaruz reducere opz oēs alias ꝓ

Augusti.

Eusebius emissēus.

Attēdende duplices ꝓpositiōes q̄ in ꝓposito formari p̄nt.

Propositio de inesse preterito vel futuro q̄ sit ꝟa.

in veritate debeāt saluari: ⁊ hoc vult gl. de cōse. di. ij. q: corpus sup ṽbo cōuertunt. q̄Wn̄ dicit inq̄t cōuertunt vel trāssubstātiant: vel (vt alij dicūt) transeūt vel trāseāt: nō fiūt: nec incipiūt. Nihil eñ fit vel incipit esse corp⁹ xp̄i. Pōt tñ cōcedi q̄ de pane cōficiat vel fiat corp⁹ xp̄i: sicut de aqua fit crystall⁹ s3 secūdo nō ɔcedit hoc. Et vbicūq̧ inuenit panis vel de pane fit vel ɔficit corp⁹ xp̄i: sic intelligit i. trāsit in corp⁹ xp̄i. Uel expone sic. i. sub specie panis: vel latet vel incipit esse vel latere corpus. xp̄i: vbi ante ɔsecratione nō erat. Si eñ panis corpus xp̄i fieret: singulis dieb⁹ ei adderet aliq̄d q̄ prius nō erat. ⁊ sic semp augmētaret. Itē qualiter vniretur diuinitati ille panis ⁊ iste? Itē si panis est corpus xp̄i: ergo aliq̄d q̄ nō est natū de ṽgine: ⁊ sic aliq̄d inanimatū est corp⁹ xp̄i: ergo est animatū: et inanimatū: ergo nō solū de ṽgine habuit origine3. Nō intelligas ergo q̄ aliq̄d augmētū sumat ex tali ɔuersione: nec eo mō quo cib⁹ ɔuertit in carnē s3 ibi est corruptio. i. desinit ibi eē sub̄a panis ⁊ vini: nulla tñ gn̄atio. Uñ nō pōt dici q̄ sit ibi vera transub̄atio quātū ad hoc q̄ noua essentia ibi generetur. Hec gl. cui⁹ intētio pz: lz ṽba glossatorē theologū nō fuisse sua ꝓprietate demōstrēt. Ex his satis pz q̄uo autoritates supra posite ⁊ similes sint moderāde: ad sēsū catholicū reducēde. ⁊ tm̄ ḋ illo.

¶ F De diuinissimi sacri eucharistie venerat̄oe seu cl̄tu.

Uia aūt ex p̄dicto rum olim inuestigatiōe: sufficienter patuit in hoc sacro xp̄m cōtineri et quoad corp⁹ ⁊ animam ineffabileq̧ deitatē: restat p̄ ɔplemēto illi⁹ quarti mēbri inq̄rere quo cultu: qua ve adoratiōe diuinissimū illud sacr̄m: tā a sacerdote celebrāte: q̄ a circūstātib⁹ debeat venerari? Ad hoc eñ statī3 facta ɔsecratiōe reuerēter in altū fert hostiā ipsam ꝑplo ostēdēs quaten⁹ visa eucharistia ab hoībus suppliciter adoret. ¶ Ad cui⁹ ꝓsecutionē aduertēdū q̄ cōiter ponunt tres species adoratiōis large accepte siue venerationis: q̄ grecis frequēter nominant vocabulis: sc3 theosebia siue latria: dulia hyꝑdulia. Utimur aū grecis vocabulis: q: in latino eloquio nō habem⁹ noīa simplicia: q̄bus explicent que p̄ hec noīa intēdim⁹ designare. Uñ beat⁹ Aug. x. de ciui. dei. c. i. loquēs de cultu soli deo exhibēdo ait. Ad significādū deo debitum cultū: q̄m mihi satis idoneū nō occurrit latinū greco vbi esse est insinuo: q̄d velim dicere. Cōseq̄nter expōit ibidē: q̄d noīe theosebia: q̄d latria significet. De q̄ ꝫ. lec. xviij. dictū est in expositiōe hui⁹ clausule p̄fationis. Adorāt dn̄ationes ⁊c. Jō breuiter p̄ latria3 in ꝓposito intelligēda est theosebia. i. cult⁹ vel seruitus soli deo debit⁹: q̄ ⁊ adoratio strictissime sumpto vocabulo dici solet. ¶ Q: aūt de⁹ colit actu sacrificij. Est aūt sacrificiū s̄m beatū Aug. x. de ci. dei c. vi. oē op⁹ q̄ agit sctā societate inhæream⁹ deo relatū sc3 ad illū finē boni q̄ veraciter eē beati possim⁹. Sed q̄ oī actu i deū rōnabilr ordinato de⁹ colit. Est aūt hmōi act⁹ duplex. iterior ⁊ exterior. Et s̄m hoc duplex distiguit latria. Interior latria ē actus fidei spei ac charitatis s̄m dictū Augu. in enchi. c. ij ⁊ sequētib⁹. His eñ soli in religiōe qua de⁹ colit sequēdi sunt: vt ibidē ḋt c. iij. Harū nāq̧ ṽtutū actib⁹ debita deo reuerētia exhibet. Uñ q̄ciēs actū fidei spei aut charitatis elicio: totiēs deū colo: deū venero: deū adoro. ¶ Cū eñ in deo sūmū dn̄ium credo: meditor: agnosco ipsumq̧ vniuersale principiū: creatorē: gubernatorē ⁊ principē. In ipso cōsistere summū dn̄ium: oīaq̧ p̄tātis plenitudinē: sine cui⁹ nutu nec solū cadit ḋ arbore. In cuius manu oīa sunt posita: cui⁹ voluntati resistere nullus pōt: cui⁹ sapiam nil latere: ꝓuidētiā cūcta disponere credo. Ei⁹ bonitatē. liberalissimeq̧ cōicare: a quo oīb⁹ donatū est esse ⁊ viuere: creata ɔseruare: ɔseruata in suos ꝓprios fines fortiter suauiterq̧ ordinare: sueq̧ btitudinis rōnalē creaturā p̄ticipē facere: lapsa repare. ꝑpetuaq̧ captiuitatis filios p̄ciosō sanguine redimere: redēptos glorificare: nulla sui vtilitate aut necessitate: sed misericordissima ac perpetua qua nos dilexit charitate: ac cetera innumera infinite sue ꝑfectiōis operā mente ꝓfiteor. Hec credēdo ac meditādo actu fidei deum adoro atq̧ colo. ¶ G Cūq̧ ex horum ꝯtractiōe agnosco ipsum deū esse rōnalis creature bonū: quā ad se beatifice possidēdū ac fruendū creauit in quo tāq̄ in summi boni possessiōe quicq̄d desiderari pōt: summe habet. Ac pe⁊ hoc assurgo ad ɔcupiscendū ipsum mihi plus oīb⁹: summum mihi bonū ⁊ cōmodū: ⁊ ꝓpter eū sic possidēdum: ꝑpetuo oīa alia paruipēdo. Incipio ieū diligere amore ɔcupiscētie: q̄ñ est ꝓprius actus spei. Cum ṽo vltra ꝓgredior meditādo oēm hanc suā liberalissimā diffusionē: non ex p̄uenientib⁹ creature meritis: sed intrinseca ac naturali bonitate sua liuore carēs (vt Boeti⁹ loquit met. iv. iij. de cōso.)

Boetius.

ꝓcederet ac per hoc solū ipsum essentialr bonū sibi solū sufficiētissimū: ac summe ꝑfectū: ⁊ ꝓpterea ab oī sua creatura coli: reuereri: honorari: timeri: ꝓpter se ⁊ sup̄ oīa amari: sibiq̧ seruiri ⁊ subijci debere dignissimū esse debitū ⁊ iustissimū. Et idcirco actū ꝑfecte dilectiōis: quo ipsum nō ꝓpter cōicata bn̄ficia sed ꝓpter seipsum elicio. Sint quoq̧ mihi creationis: ɔseruationis: redēptionis: iustificatiōis: gratificatiōis: beatificatiōis beneficia: velut quedā ⁊ effect⁹ excitātes ⁊ ducētes ad diligendū eū qui oīm hoꝝ est causa. Diligēdū dico in se ⁊ ꝓpter se finaliter: meq̧ totū sibi per obediētiā ꝑfectā subijciēdū. Hic act⁹ dilectiōis ꝑfect⁹ ē ⁊ amor amicitie ac fruitio: ꝓpriusq̧ effect⁹ charitatis q̄ deū colo theologica charitate. Hi sūt act⁹ iñtioꝝ reuerētie: honoꝝ ac cult⁹ latrie: q̄b⁹ deū extollo: magnifico sup̄ oīa: tāq̄ vnicū sūmū bonū adoro. Quippe nihil aliḋ ē deū adorare: magnificare: extollere: reuereri: nisi deū talē credere: ⁊ talē desiderare: ac sup̄ oīa diligere: q̄ ē ip̄3 talē sūmū s. eē: ⁊ sibi ⁊ oīb⁹ dn̄ari velle: ac p̄ hoc oīa alia estiare tāq̄ nihilū corā eo. Nec se nec aliḋ velle sibi p̄pōere: nec amare hoc ē q̄ Rab. sup̄ gen. di. Adorare ē i deū tota mēte itētōe tēdere. Nō aūt mēte tēdim⁹ nisi actu volūtatis aut intellect⁹. ¶ Ecce habes q̄d est colere ⁊ adorare deū actu interiore: q̄ breuissime dici pōt post beatū Aug. ei adherere fide: spe: ⁊ charitate. Hic eī ver⁹ dei cult⁹: s3 eū in ench. c. iiij. inchoat fide: spe tenetur: ꝑficit charitate: nec tñ abinuicē: quaten⁹ ꝑfecte sint separant. Hic est ver⁹ dei cult⁹ quo pater celestis colit in spiritu ⁊ veritate: s3 illud saluato. Jo. iiij. Ueri adoratores adorabūt patrē in spiritu et veritate. Spūs est deus: ⁊ eos qui adorāt eū in spiritu ⁊ veritate op3 adorare. Nam ⁊ pater tales querit qui adorēt eū. Ubi glo. super verbo. In spiritu ⁊ veritate. Nō in templo: non in hoc monte. s3 interi⁹ in intimo cordis tēplo ⁊ in ṽitate cognitionis. Hec gl. Quid est in intimo tēplo cordis: nisi in amorosa affectiōe volūtatis? Nā cor frequēter ꝓ volūtate ponit in scriptura. In ṽitate agnitionis: in fide trinitatis. ¶ H Latria exterior signum est aliq̄d sensibile in protestationē latrie interioris exhibitū vt sunt act⁹ ⁊ gestus exteriores: q̄bus quis ꝓfitetur intus se credere sperare: ⁊ amare eū3 cui foris exhibet: vt summu3 bonum oīm creatorem: salutis et omnis boni causale principium atq̧ finem. ¶ Sunt aūt hi actus ritus quidam: qui s̄m christiane religionis pietatem obseruant: vt oblatio sacrificij: laudum ⁊ canticoꝝ vocalis prolatio: manuū cōpositio aut extensio: pectoris tunsio: capitis nudatio: genuum inflexio: corporis totius ꝓstratio ⁊ similia. De hac duplici adoratiōe loquit

Adoratio triplex.

Augu.

Latria.

Sacrificium.

Latria duplex.

Boetius.

Quid deū adorare: magnificare ⁊c.

Raba.

Jo. iiij.

Cor frequēter ꝓ volūtate pōit in scriptura.

Jo.dam.

dea.Jo.dama.in suo quarto.Quia inqt ex duplici natura cōpositi sum⁹:intelligibili.s.ꝛ sensibili:du plicē adorationē deo offerim⁹.s.spūalē:q̄.s.ꝯsistit in interiori mētis deuotiōe:ꝛ corporalē q̄ ꝯsistit in exteriori corporis humiliatiōe.Et qꝛ in oib⁹ acti bus latrie:id qđ est exteri⁹:referṫ ad id qđ est inte ri⁹ sicut ad pncipali⁹:ideo ipsa exterior adoratio fit ꝑpter interiorē:vt.s.ꝑ signa humilitatis q̄ cor poralr exhibem⁹:exciteṫ noster affect⁹ad subijciē dum se deo:qꝛ ꝯnaturale est nobis:vt ꝑ sensibilia ad itelligibilia ꝓcedam⁹.Hec Tho.ij.ij.q.lxxxiiij. arti.ij.Verū signa ista sensibilia equoca sunt:qꝛ et deo exhibenṫ ꝛ creature.Nō aūt sibi sꝫ diuersa in tētiōe.Et sm hoc qñqꝫ sūt signa adoratiōis latrie: qñqꝫ dulie.Cū ergo signa illa exhibenṫ in ꝓtesta tionē summe maiestatis potētie ac bonitatis diui ne:ꝑ ea de⁹ adoraṫ adoratiōe latria:qꝛ vt sic nulli pure creature sunt exhibēda.Nā si hec adoratio interior:vel exterior ꝑfata intētiōe exhibeṫ alicui qđ nō est vere ꝛ essentialr deus nō est latria:sꝫ ido lolatria:qꝛ illud cui impediṫ qđcunqꝫ fuerit circa deū est velut vmbra ꝛ idolū respectu dei vere lu cis ꝛ ꝑfectissimi entis:vñ dr idololatria.i.latria ex hibita idolo.Et qꝛ ex actib⁹ frequēter elicitis ge neraṫ habit⁹:latria nō solū accipiṫ ꝑ actu summe adoratiōis:sed ēt ꝑ ipso habitu:sm quā acceptio nem dr virt⁹ ad religionē ꝑtinēs.¶ Secūda spēs adoratiōis est dulia.Et dr dulia a dulos grece qđ est seru⁹ latine.Inde dulia.i.seruit⁹.Et accipitur

Dulia.

dulia tripl'r:ꝓprie:cōiter ꝛ cōmunissime.Proprie accipiṫ ꝑ seruitute siue reuerētia quā serui ꝛ sub iecti impēdere debēt dñis suis ꝛ suꝑiorib⁹.ꝛ sic lo quiṫ Aug.x.de ciui.dei.c.i.Ea seruit⁹ q̄ debeṫ ho ibus:sm quā ꝑcepit apl's.seruos dñis suis subdi tos esse debere:alio noie hoc est non latria:grece nūcupari solet.Vocabulū aūt illud grecū nō expri mit:sed cōi vocabulo a doctorib⁹ cōiter dulia no minaṫ.Et qꝛ duplices sunt serui.Quidā mācipia seu possessio dñi qbus dñi ipsi vtunṫ sicut ceteris suis reb⁹ ad ꝓpriā vtilitatē:qb⁹ dñs sm Arist. in poli.ꝑncipaṫ dispotico.i.dñatiuo ꝑncipatui.Alij sunt serui naturalr:qui carēt naturali prudentia: nec vigēt naturali rōne:de qbus dicit phs.Hoies corpore robusti:intellectu aūt deficiētes naturali ter sunt alioꝝ serui:q̄ tñ simpl'r sūt liberi eisqꝫ:do mini ꝑncipanṫ politice ꝛ ciuilr.Ad vtrosqꝫ extēdit se dulia.Est enī dulia ꝓprie accepta:virt⁹ qua ser ui ꝛ subditi suis dñis ꝛ suꝑiorib⁹ honorē ac reue rentiā exhibere debēt sm id Petri.Serui subditi estote dñis:nō tm̄ bonis ꝛ modestis:sꝫ etiā discho lis.i.Pe.ij.Ita in vete.lege secūdo geniti ꝑmo ge nitos vt suos dños ꝛ maiores adorabāt.vñ Gen. xxvij.dixit Isaac ad Jacob filiū suū.Esto dominus fratrū tuoꝝ:ꝛ incuruenṫ ante te filij matris tue. ¶Dulia ꝟo cōiter sumpta dr seruit⁹ q̄dā reuerē tialis:sm quā rōnales ꝛ itellectuales creature se mutuo honore ꝑueniūt ꝛ veneranṫ:ꝑpter q̄sdam spāles rōnes:ꝑpter aliqđ diuinū vel virtuosuꝫ in ipsis reptū:aut saltē eis possibilr nō exclusuꝫ.Et sꝫ hoc legiṫ hoies alios q̄sdā adorasse:qui tñ neqꝫ fuerūt ipsoꝝ dñi nec rectores:sꝫ ad captādū beni uolētiā:vl' mitigādā irā:aut ad designādū aliquā virtutē:seu in signū spālis amoris ꝛ amicitie.Sic legiṫ de Moyse in Exo.xviij.ꝙ egressus in occur sum cognati sui Ietro ipm̄ adorauit.Sic Jacob de Mesopotamia ꝓgrediēs:in terrā ꝓnus adorauit septies frēm suū Esau appropinquātē.Gen.xxxiij. Et dauid adorauit Jonathā filiū Saul.i.Reg.xx. ¶ R Et notāter dictū est ꝑpter aliqđ diuinuꝫ in istis rōnabilib⁹ creaturis cōiter reptū.Hoc diuinū est ꝙ sūt ꝯditi ad dei imaginē.Vñ dicit Damasce. Cur⁹ grā nos inuicē honoram⁹:nisi qꝛ ad imaginē dei facti sum⁹:ꝑpter qđ ꝛ.i.Pe.ij.dr.Oēs honora te.Nā sicut charitas ꝛ dilectio extendit se ad oēs

Dulia tri plicit' acci pitur.

Augu.

Duplices serui.

Dulia ꝓ prie acce pta q̄d sit

Gen.xxvij

Dulia cōi ter sūpta.

Exo.xviij

Damasc.

i.Pe.ij.

dei imagine insignitos:btitudinis q̄ꝫ (q̄ trinitas ipsa est:ad cui⁹ imaginē insigniti sūt)capaces.Et hoc modo extēdit se dulia ad oēm creaturā nō dā natā.Nō enī extēdiṫ ad demones ꝛ reprobos per dānatiōis sniam a btitudine ꝑpetuo exclusos.In quib⁹ ꝛ si imago dei q̄tuꝫ ad naturalia ꝑseuerat: nec deleri pōt:tñ qꝛ a deo ꝑpetuo separaṫ:beati tudinē sm ordinatā dei potētiā adipisci nō possūt tāq̄ inimici a deo ꝓscripti:a nobis nullaten⁹sunt honorādi.Sic etiā ꝑpter alias grās ꝛ dona grat data naturalib⁹ suꝑaddita:vt sapiētia:virt⁹:ꝛ ce tera dona gratis data:q̄ ad edificationē vel eccl'ie vel ꝑsone a deo donanṫ:dulia adoranṫ quasi i hoc alios nō hñtes talia ꝑcellētes.Sic in politic' phs dicit:ꝙ hoies rōne vigētes naturalr alioꝝ sūt dñi ꝛ rectores ꝛ per hoc ceteris magis honorādi.Sic Pharao honorauit Joseph.et Nabuchodonosor Danielē.Et lex docet senes honorādos di.Coraꝫ cano capite ꝯsurge:ꝛ honora ꝑsonā senis:ꝛ time do minū deū tuū.Leui.xix.Sic grām dei hñtes ho norādi sunt:de qb⁹.b.Greg.suꝑ Ezech.Boni ꝛ vir tuosi honorādi sunt:ne fortasse per eos ille ꝓuo ceṫ qui eoꝝ corda inhabitat.Magis aūt creatura iam beata rōnabilr est adorāda.Sic Abrahā ado rauit angelos.Gen.xviij.Josue cecidit ꝓn⁹ in ter ram adorās angelū.Eiusdē.v.c.Verū ꝙ intelligi possunt in angelis ꝑsonā dñi adorasse mittenteꝫ. Verū qꝛ vt dictū est signa adorationis exterioris sunt equoca:aliud significātes dū deo:aliud dum creature exhibenṫ:ꝑpter qđ ea q̄ cōtorivsu ad di uine maiestatis ꝓtestationem exhibenṫ:creature exhibēda nō sunt.De quo.b.Aug x.de ciui.dei di cit.Multa de cultu diuino vsurpata sunt q̄ hono rib⁹ deferunṫ humanis siue humilitate nimia:si ue adulatiōe pestifera.Ita tñ ꝙ ea qb⁹ deferūtur hoies hñr q̄ dñr colēdi venerādi.Si aūt multum eis addiṫ ꝛ adorādi.Quis ꝟo sacrificādū censuit nisi quē deū:aut sciuit:aut putauit:aut finxit.Jō ꝙ Joānes angelū in Apocal.c.vlti.sibi loquētem adorare volēs ꝓhibit⁹ est ab eo dicēte.Vide ne fe ceris.Tum ad ostēdēdū dignitatē hois quā ꝯse cut⁹ est ꝑ Christū vt angelis equeṫ.Vñ subdiṫ ibi dem.Cōseru⁹ tu⁹ sum:ꝛ fratrū tuoꝝ.Tū ad exclu dēdū idololatrie occasionē.Vñ subdiṫ.Deū ado ra ꝑpter cui⁹ occasiōis vitationē:Mardoche⁹ no luit adorare suꝑbissimū Amā timēs ne honorem dei trāsferret ad hoiem.vt dr Hester.iij.¶ L Du lia cōissime sumpta extēdit se etiā ad latriā:prout dicit reuerētiā honorē exhibitos ꝛ minorib⁹ꝛ pa rib⁹ ꝛ suꝑiorib⁹:nedū participatū dñiuꝫ habētib⁹ puta creaturis:sed etiaꝫ vniuersalissimo creatori hñti illimitatā ꝛ vlem ꝑ̄sidētiā.Et ita loquiṫ glo. suꝑ illđ ps.Dñe de⁹ me⁹ in te speraui iūcta glo. suꝑ illud ps.In ecclesijs bñdicite deo:dño de fon tib⁹ Isrl'.ps.lxvij.Dñe dici ꝑ oipotētiā:cui debe tur dulia.Deus ꝑ creationē:cui debeṫ latria.ꝛ.b Aug.suꝑ illud Mat.iiij.Dñm deū tuū adorabis: ꝛ illi soli seruies.dicit.Seruit⁹ duob⁹ modis ac di uersa significatione solet appellari.Diciṫ enī latria:dr ꝛ dulia.Sed dulia intelligiṫ seruit⁹ cōis:hoc est: seu deo:seu homini:seu cuilibet rerū nature exhi bita.A qua etiā seruit⁹.i.dules grece nomē acce pit.Latria aūt appellaṫ seruit⁹ illa que sola diui nitatis cultui debita:nec vlla est participāda crea ture:vñ idololatre nūcupanṫ.Hec Augu.q̄ duliā in hac autoritate accepit tertio modo siue largis sime.¶ Sed notādū qđ qꝛ in deo ꝯsideram⁹ digni tatē ꝛ ꝑfectionē creature incōicabilē sm nomē:vt est essentia diuina ꝛ natura:q̄ creature incōicabi lis est.Vñ creatura deus ꝓprie vel diuina natura dici nō pōt.Cōsiderem⁹ ꝛ in deo dignitatē cōicabi lem:nō sm eūdē gradū:sed sm idē nomē:vt sapiē tiā·potētiā:bonitatē:ꝑ̄sidētiā:dñiū.Nā ꝛ creatu ra dr potēs:sapiēs dñs ac Rōne ꝑfectiōis incōles

Phs i po liticis.

Grego.

Augu.

Apo.vlti.

Dulia sū pta cōissi me.

Augu.

bilis creature debet deo adoratio latrie:q̄ simpli
citer incōicabilis est creature:intellige ſm nomē.
Rōne pfectiōis cōicabilis debet deo honor ⁊ ado
ratio cōicabilis ſm nomen cōicabile:qḋ est dulia
cōiter acceptū. Et sic loquit glo. ali. Deo cui debe
tur latria.i.honor incōicabilis quēadmodum dei
tas est incōicabilis. Dñium em̄ cōicat creature ſ3
q̄ dicim⁹ q̄ deus potēs facit creaturā potentem.
Sapiēs est:⁊ facit creaturā sapiētē:bon⁹ est:⁊ fa
cit creaturā bonā:ita q̄ participat ei⁹ bonitatē.
Et ſm hoc debet ei honor:q̄ descēdit in cōionē.s.
rōne dignitatū:in quarū participatiōe dicim⁹ esse
creaturā. Et iste honor noiat noie cōi qḋ est dulia.
Et ita pz sensus hui⁹ glo. Ꝟ fidicite deo cui debe
tur latria. Dño:cui debet dulia. Uel vt addit l pa.
vū. Dñe per potētiā:cui debet dulia. De⁹ p creā
tionē:cui debet latria:q̄ creatio actiua nō cōicat
creature:ſ3 bñ potētia cōicat. ¶ M Nō tñ intelli
gēdū sit hec q̄ in deo differat essentia:dñiū:sapiē
tia:q̄si distincte pfectiōes:quarū vna sit creature
cōicabilis:alia incōicabilis. Nā nihil distinctū ab
essentia dicit potētia:sapia ⁊c. In deo enim est tñ
vna pfectio:q̄ est diuina essentia:⁊hec oīb⁹ modis
est sapia:veritas ⁊ potētia. Nec sapia plus vel ve
ritas est sapia q̄ essentia. Uñ non plus distinguit
sapia ab essentia a bonitate vl' eternitate:q̄ sapia
a sapiētia. Qḋ plane dicit.b.Aug.in de triplici ha
bitaculo. Oia vnū sunt in deo excepto qḋ ad rela
tionē ptinet. Nā sapia ⁊ veritas dei ⁊ eternitas:n̄
diuersa sūt:sed vnū sunt:sicut ⁊ oia. Sapia em̄ dei
nō magis sapia q̄ veritas est. Et nō magis ∛itas:
veritas est:q̄ sapiētia:q̄ eternitas:q̄ cetera dei.
Oia vnū em̄ sūt in deo:⁊ nō solū inter se eadē sunt
in deo:ſ3 nō aliud sunt:q̄ ipse de⁹. Hec ille. Et ita
nec aliqd in deo realr cōicat creature non aliud:
puta potētia:sapia:nō sua vel essentia. Nihil ei est
qḋ in deo realr cōicat creature:sed ſm nomē tñ:
hoc est nomē potētia:nomē sapia:vniuoce attri
buit creature ⁊ deo:⁊ hoc ſm rōnem generalē non
specificā. Non em̄ est sapia dei eiusdē rōnis speci
fice:⁊ sapia creature:q̄ illa est ſba:ista accñs. No
men aūt de⁹:diuinitas:nō attribuit vniuoce ⁊ p
prie creature. Et ſm hoc nō sunt rōnes diuerse a
doratiōis in deo realr:pp̄ter quas diuerse adora
tionis spēs deberent deo. Sed quōcunq̄ a nobis
ɔsiderat de⁹:siue in se absolute vt infinite pelag⁹
sbe:siue in ordine ad creaturā vt creator:dñs:ɔser
uator:p potētiā:sapiam:bonitatē:semp debet sibi
adoratio latrie:q̄ totum est idē in deo. Nec dulia
ista q̄ debet dño ſm pdictā glo.distinguit a latria
sed est act⁹ latrie. Neq̄ dulia accepta distinguit a
latria nisi sicut gen⁹ a spē. Et sicut idē est sortes et
homo ⁊ aial:ita idē act⁹ adoratiōis:puta quo ɔfi
teor deū sūmū:infinitū:oipotētē ⁊c.est act⁹ latrie ⁊
dulie gñalr accepte. Sic ergo sapia diuina:⁊ de⁹
idē sunt:sic dulia deo debita ⁊ latria idē sunt:sicut
aial rōnale ⁊ homo:l3 nomē dulia generale sit ad
actū adoratiōis diuine ⁊ ad actū adoratiōis crea
ture. ¶ N Licet aūt tñ sit vna rō adorationis in
deo:q̄ est infinitas dei maiestas:etiā q̄buscūq̄ ter
minis differētib⁹ exprimat:est tñ dfa aut multi
plex rō debiti in creatura:qua ipsa creatura obli
gat ad colēdū deū cultu latrie:ſm multiplicitatē
bñficiorū ⁊ grarū a deo acceptarū:sic dbitor est hō
rōne bñficij creatiōis:rōne bñficij redēptionis:iu
stificatiōis:glorificatiōis. Etiā q̄ non equalr oēs
recipiūt:nō est equale debitū:q̄ iuxta euāgelicā
parabolā. Cui plus cōmittit plus debet. Uñ vni
dedit dñs duo talēta:alij q̄nq̄. Et plus debuit cui

Mat. xxv.

quinq̄ cōmisit:q̄ cui vnū. Et sic ex parte cōmissi:
seu accepti nō est equale debitū:tñ eq̄lis honor:q̄
honor rñdet dignitati:⁊ eadē dignitas est in deo
qua accipio hoc ⁊ illud. His inlalr ɔcordat doct
irrefragabilis parte.ij.q.xx. ¶ O Diuidit autē

cōiter dulia pmo modo vel scḋo modo accepta:vt
l.tm̄ creature debet:in duliā maiorē ⁊ duliā mino
rem. Dulia maior est tertia spēs diuisiōis pncipa
lis siue pme suprapposite que hypdulia dr ab hyp

Hyperdulia.

qḋ est sup:quasi excellēs dulia. Minor dulia sim
pliciter obtinet nomē dulia gñale sine addito. Hy
perdulia est seruit⁹ qdā reuerētialis exhibita rō
ne excellētie singularissime ⁊ eminentis in eo cui
exhibet:qualis est reuerētia exhibita virgini glo
riose:in qua est pogatiua excellētissime ⁊ singula
rissime dignitatis:pure creature ɔcessa:in eo q̄ est
mater dei:q̄ excellit cherubin ⁊ seraphin ⁊ oēs an
gelicos spūs. Hec etiā hypdulia ſm quosdā ɔue
nit monarchis eccle pape ⁊ impatori. Qḋ admit
ti pōt faciēdo cōparationē statuū officiorū ⁊ digni
tatū in ecclia militāte:ibi manēdo pcise. In his ei
suпmus ⁊ excellētissim⁹ stat⁹ in spūalib⁹ est papa
tus. In secularib⁹ est maiestas impialis. Sic ad
mittit papa tanq̄ sūmus hierarcha in politia ec
clesiastica:vt sibi fideles ɔsternant vsq̄ ad pedū
oscula:nō q̄dē rōne sanctitatis psonalis (si recte est
sibi ɔsci⁹ ⁊ rōnis cōpos:cū sit hō fragilis:nesciēs si
cut ceteri an amore vel odio dign⁹ sit) sed rōne di
gnitatis sui stat⁹:q̄ vicari⁹ est Christi in terris:q̄
ptātis plenitudinē ɔcessit petro:⁊ cuilibet suo le
gitimo successori. Hinc fortassis crucē gerit i san
dalijs:quā osculādā offert:tanq̄ locū gerēs crucifi
xi:honorē illū nō sibi vsurpās:sed in dñm cui⁹ si
gnū osculat retorquēs. Claues etiā hz in signo si
ue armis:q̄ successor ei⁹ est:cui singulariter cla
uiū ptās in sua plenitudie est collata. Sic ⁊ reges
⁊ impatores patiunt ɔstratiōes:⁊ vsq̄ ad terrā
genuflexiōes sibi exhiberi. Sicut legit.ij.Re.xiiij.

ij. Re. xiiij.

Dauid nō repulit adorātes se sup faciē terre:sed
magis petita ɔcessit. In q̄ nō rephēdunt tanq̄ ho
norē sibi indebitū arrogātes. Uerū loq̄ndo de hy
pdulia cōparādo ad vniuersitatē creaturarū:non
pōt reuerētia illa hyperdulia nūcupari. ¶ Dulia
minor siue simplr dicta:est reuerentia cōis alicui
exhibita nō in attestationē alicui⁹ excellētie singu
larissime:sed ſm rōnē excellētie cōem multis:qlis
est reuerētia exhibita plātis inferiorib⁹:in sacris

Dulia minor: siue simplr dicta qd sit.

ordinib⁹ ɔstitutis:aut in dignitatib⁹ psonis vir
tuosis:hoib⁹ sapia pexcellētib⁹:imo etiā āgelis
⁊ aiab⁹ sanctis:potētibus nobis ferre auxiliū:aut
nrām indigētiā releuare. Uel ſm suā gñalitatem:
q̄buscūq̄ creaturis:rōnalib⁹ ⁊ intellectualib⁹ bea
titudinis capacib⁹:ſm dei potētiā ordinatam. Et
pōt q̄libet harū spērū accipi vel p actu interiori:
vel p actu exteriori:vel p habitu ex actib⁹ hmōi
generato correspōdēter ad dicta superius de latria.
¶ P Quia aūt materiā adoratiōis intrauimus:
paulo lati⁹ in ea moremur:vt particularius nosse

Quid ⁊ q̄modo adorādū.

possim⁹ que ⁊ quō adorare oporteat. Ne idiscreta
nr̄a adoratio sit:aut negligēs:⁊ infamiā sugillatio
nem audiam⁹ a dño Uos adoratis qḋ nescitis. Jo.
iiij. Et illud Mat.xxv Quādiu nō fecistis vni de

Jo. iiij.
Mat. xxv.

minorib⁹ his:nec mihi fecistis. Inq̄ram⁹ igit. An
creature rōnales ⁊ res insensibiles a nobis adorā
de sint. Ut exēpli causa:crux xp̄i:imagines sctōrū
⁊ reliq̄e:ac cetera ad xp̄m vel mēbra ei⁹:hoc est:san
ctos ptinētia. Scḋo an xp̄i hūanitas sit latria ve
neratiōe adorāda. Ex q̄b⁹ clare patebit:q̄ ⁊ quō in
altaris sacro ɔsistētia sunt adorāda. ¶ Quātū ad

Aduerte q̄ h̄ ̄o adoratiōe dicantur.

pmū notādū q̄ adoratio in suis spēb⁹:latria:du
lia ⁊ hypdulia descripta est in sua ppria ſctione:
put tñ ɔuenit nature intellectuali seu rōnali:rō
ne cuiusdā superioritatis ⁊ excellētie tanq̄ obiecto
pprio siue p se adorādo. Accipit aūt ⁊ largius:vt
etiā extēdit se ad ea q̄ nō per se aut pp̄ter se:ſ3 per
accñs ⁊ pp̄ter aliud venerant:nec pncipalr ad ea
terminat adoratio:sed ad aliud p ea q̄ hñt aliquē
ordinē repñtatiōis:ɔtinētie:ɔiūctiōis:aut alteri⁹
hmōi habitudinis. Et q̄ adoratio nō ɔuenit illis

tanq̄ obiectis adoratiōis actū terminātib⁹:sȝ q̄si mediūs per q̄ adoratio terminaꝛ ad obiecta ꝑ se ꝛ ṗncipalia:ideo eoꝝ adoratio eisdē noib⁹ noiaꝛ:et ad easdē spēs reduciꝛ adoratiōis:q̄ sūt ṗncipaliū obiectoꝝ:ꝑpter q̄ illa veneraꝛ.Et ꝑ hoc adoratio nō ꝯuenit vniuoce his ꝛ illis:sed analogice.Et sic adoratio prout attribuiꝛ illis min⁹ ṗncipali⁹ est veneratio alicui⁹ nō ꝑpter se:sȝ ꝑpter aliquā habitudinē spālē:quā hȝ ad aliud ṗncipalr̄ adorandū. Et illo modo pōt sil̄r distingui in spēs latriā:duliā ꝛ hyꝑduliā:vt latria dicaꝛ reuerētia vel veneratio que debeꝛ alicui:nō tñ simplr̄ summo:sed tñ habēti spālem habitudinē ad simplr̄ summū latria ꝓprie dicta adorādū:ꝛ sic suo modo de aliis spēbus. ¶ Q Est aūt hec habitudo rei inanimate:aut insensibilis ad naturā intellectualē vel rōnalem adorabilē in genere duplex.Una est rōne repñtationis.Alia rōne spālis coniūctionis:aut vnionis:vt quia pars ꝯtinēs habit⁹.i.vestis possessio ꝯtingēs vel aliqđ simile.

Repñtatio fit tripliciter.

Repñtatio autē fit tripliciter.Una fundaꝛ in similitudine rei repñtātis ad repñtata:que imitaꝛ ipsam in q̄busdā accidētib⁹ similib⁹.sicut imago picta vel sculta ſm similem ꝓtractionem ꝛ figurationem membrorum Christi:siue in ea figura in qua nat⁹ est:siue in q̄ ṗdicauit:siue qua crucifix⁹ in ligno pependit:siue qua a mortuis resurrexit:ascēdit:vel ad iudicium vēturus expectaꝛ:ſm quā in recordationē venire facit ꝑsonā Christi veri dei ꝛ hoīs.Alia est repñtatio que sumiꝛ nō ex figurali similitudine membroꝝ Christi:gratia exēpli:ſm corporalia lineamēta:sed ex quadā extēsiōe vel distēsiōe partiū brachioꝝ.s.crurū sanctissimi corporis xp̄i in cruce pēdētis.Et per hoc etiā in recordatiuā xp̄i sic passi facit notitiā deuenire:sicut crux picta vel sculpta etiā sine imagine appēdētis ad memoriale dn̄ice passionis.Tertia est repñtatio nō ex aliqua ṗdictarū similitudinū:sȝ ex volūtate ꝛ bn̄placito dei:qui voluit per aliqua ṗcedētia facta xp̄m significare ꝛ figurare:sicut petra deserti:ꝛ serpēs eneus xp̄m figurabant.Imagines primis duob⁹ modis adoranꝛ simili specie qua adoraꝛ repñtatū.Unde si fuerint imagines xp̄i adoranꝛ eadē specie:qua xp̄s.i.adoratiōe latria.Si btissime virginis hyperdulia.Si beati petri vel alteri⁹ sancti dulia.Hec tñ adoratio magis terminaꝛ ad reȝ significatā:q̄ ad ipsam imaginē.vñ Damasc.lib.iiij.sent.Honor qui exhibeꝛ imagini:referꝛ ad illū cui⁹ est imago.

Damasc.

Bas.magnus.

fili dei viui qui ex volũtate prĩs cooperãte spũsancto: p mortẽ tuam mundũ viuificasti: libera me p hoc sacrosanctũ corp9 & sanguinẽ tuum ab oibus iniqtatib9 meis & vniuersis malis: & fac me tuis semp obedire mãdatis: & a te nũq̃ separari ꝑmittas. Qui cũ deo patre in vnitate eiusdẽ spiritussancti viuis & regnas de9. Per oia secula seculorũ. Amẽ. ¶ Hec est tertia pars principalis participatiõis cõmunionis: in qua post aptatione sacri ad suã participatione p sui diuisionẽ: postq̃ communicantiũ vnionẽ p pacis. triplicis impetrationem ꝓcedit sacerdos ad principalissime in sacro misse officio intentũ: tremende videlicet sacrificij sumptionẽ. Et qr ipsa sũptio vita bonis est: mors malis: vt tactũ est supra lectio. vij. & viij. sacerdos in periculo grãdi indigne sumptiõis se cõstituẽꝫ aduertẽs nõ immerito cõtremiscit: ne qd optimum est: & ad pariẽdũ vite fructũ institutũ ex ꝓpria sui indispositiõe fiat sibi cibus ad mortẽ. Cõtremuit sanctissimus ꝓcursor dñi prius sãct9: q̃ natus tangere sanctũ dei verticẽ. Cur nõ in ꝯtremisceret miser peccator sumpturus eũdẽ suũ & vniuersitatis iudicẽ: memoria tenẽs apostolice cõminatiõis tonitruũ. Quicũq̃ mãducauerit panẽ: & biberit calicem dñi indigne: reus erit corporis & sanguis dñi. Qui eñi manducat & bibit indigne: iudiciũ sibi mãducat & bibit: nõ dyiudicans corpus dñi. Et iuxta eiusdẽ apli cõsiliũ. Probãs semetipsum: & nõ inueniens ex se vnde tãto mysterio dignus habeaƚ: ad ipsum deũ pietatis & misericordie fontẽ se cõuertit: & ꝓter ꝓmissas orationes generales: ꝓcib9: magis ꝓprie ad rẽ ꝑtinẽtibus: sui dignificationem a dño nitiƚ impetrare: quatenus sibi & ceteris p quibus sacrificaƚ: ꝓficiat sacrosancta cõmunio ad vitam: que ad salutẽ oim nosciƚ instituta. Premittit igiƚ aliq̃s oratiões cõioni: aliq̃s cõioni interserit: aliquas cõmunioni subiungit. Et secundũ hoc postilla subdiuiditur in tres partes. Secũda: ibi. Corpus dñi nostri Iesu xpi. Tertia: ibi. Sanguis dñi nostri. Prima pars diuiditur in quatuor particulas, secundum quatuor oratiões: cõmunioni pre-

Margin: i. Cor. xi.

nitias. In prima pro sui iustificatione: vt digne possit sumere: deuotius sumendum implorat. In secunda: vt fructuosa fiat communio exorat: ibi. Perceptio corporis et sanguinis. In tertia: suam indignitatem recognoscẽs simul et diuinã oĩpotẽtiam ꝓfunde se humiliat: ibi. Dñe nõ sum dign⁹.

Dionysius

In quarta sumpta fiducia ex spe diuini adiutorij ad sumendũ augustissimũ mysterium (vt Dionysius loquit) se egerit ipsumq́ sumẽdo participat. ¶ Prima oratio diuidit in partes quatuor. Prio satagit sacerdos capta re beniuolentiã christi per mortis et passiõis sue rememorationẽ. In secunda petit a peccatis et vniuersis malis liberationẽ: ibi. Libera me. In tertia petit sue volũtatis plenam diuinis mandatis subiectionẽ: ibi. Et fac me. In quarta petit sui cũ christo ꝑpetuã coniunctionem ibi. Et a te nunq̃. Quibus addit solitam oratiõis conclusionẽ: ibi: Qui cũ eodẽ. ¶ B Circa primum oculos cũ intẽtione ad sacr̃m dirigẽs: ad christuz in specieb⁹ visibilibus vere et realiter presentẽ dicit. Domine: dominator toti⁹ vniuersitatis Iesu: saluator humani generis Christe: vncte a patre plenitudine spiritus p̃ cõsortib⁹ tuis. Fili dei viui patris naturalis et cõsubstãtialis: diuinã tibi naturam eterna generatione cõmunicantis. Qui ex volũtate patris: liberali et misericordissima: te ad nostram redẽptionem veniẽte temporis plenitudine mittẽtis. Cooperãte spũsancto: cui⁹ sicut cũ p̃re tecũq́ vna est essentia: ita et volũtas: atq́ operatio indiuisa. Quapropter et tui sacratissimi corporis fabricatio in vtero virginali specialiter sibi appropriat: dicẽte angelico paranympho ad virginẽ Luc. j. Spũssanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Et iterũ ad sanctũ Ioseph sponsum eius. Qđ in ea natũ est: de spiritusancto est. Per mortẽ: quã patiẽdo factus es obediẽs patri vsq́ ad mortẽ: mortẽ aũt crucis ꝓbrosam et amarã. Phil. ij. Tuã: in tua potestate positã. Solus quippe p̃tãtẽ habes ponẽdi animã tuã et resumẽdi eã: te dicẽte. Nemo tollet a me aĩam meã sed ego pono eã a meipso et iterũ sumã eã. Tu eñ solus vite et mortis habes dñium. Naz oĩa dedit in manu tua pater. Dedisti q́ potestatẽ oĩs carnis tibi: vt des eis vitã eternam. Naz et nos serui tui: tuo dono aĩas nostras possumus ꝑ fratrib⁹ ponere. Nequaq̃ tñ nostre est facultatis eã iterũ sumere. Mundũ viuificasti spiritualiter. Nã tu panis verus es (Ioan. vj.) qui descẽdisti vt dares vitam mũdo. Totus eñ mũdus extra dei amicitiã positus ꝓpter peccatũ primi nostri parẽtis vitã ꝑdidit. Ianua vite: celorũ regno obseruato: ac decreti mortis chirographo obsignato: ita vt filiis ade nullus pateret ingressus. Sz ꝑ mortẽ suã chirographũ illud decreti qđ erat aduersum eos deleuit. Ipsumq́ de medio tulit affigẽs illud cruci: conuiuificauit nos sibi donãs nobis oĩa delicta. Mortẽ nãq́ suã tota trinitas in satisfactionem pro omnibus nostris delictis acceptauit: quã sic ex volũtate patris: cooperãte spũsancto: sustinuit. Sustinuit tu quã volũtate patris et spũssancti: atq́ sua: quia tota trinitas eũ in mortẽ tradidit: eãq́ ꝓ viuificatione toti⁹ mũdi acceptauit. Pater eñ eum in carnẽ misit: fili⁹ se obtulit: spũssanct⁹ q̃ amor est oblationẽ cõcremãdo acceptissimã reddidit. Hinc aplũs. Christus ꝑ spiritũsanctũ seipm̃ obtulit deo patri hostiã immaculatã. Dicitur aũt pater ipsuz misisse ꝓpter autoritatẽ principij: a quo cetere ꝑsone originant. Fili⁹ dr̃ se obtulisse f̃m assumptam humanitatẽ: que sibi soli in vnitatẽ ꝑsone est copulata. Spũssanct⁹ dr̃ mortẽ illã acceptasse: propter benignitatẽ: q̃ sibi sicut cetera ad volũtatẽ ꝑtinẽtia appropriant: cuius et hoc cõmune sit trinitati: sicut et ipsa volũtas: q̃ est principiũ oĩm operationum cõtingenter a deo ꝓcedẽtiũ. ¶ C Sequit.

Luce. j.
Mat. j.
Phil. ij.
Ioan. x.
Ioan. iij.
Ioã. xvij.
j. Ioã. iij.
Col. ij.
Heb. ix.
Ioã. viij.

Libera me. Captata beniuolẽtia: sequitur petitio qua primo petit liberationẽ a malo: dicẽs. Libera me: hoc sacrificiũ offerentẽ: et oẽs alios fideles pro quibus offert: vt oẽs liberi efficiamur. Si eñ tu fili nos liberaueris: vere liberi erimus. Per hoc sacrosanctũ corpus et sanguinẽ tuũ. Sacrosanctũ: q̃ oib⁹ sctũ: q̃ ꝑ sũmũ artificẽ spm̃sctũ sacratissime i v̄gie fabricatũ ac sacratissime v̄bo dei copulatũ: et tãdẽ sacratissime i h̃ sacro nob̃ donatũ: et nũc a me idigno tua sola ꝑpietate et misericordia ad sacerdotij gradũ assũpto sumẽdũ. Ab oĩb⁹ iniq̃tatib⁹ meis hoc est peccatis: q̃ aĩam ad summe trinitatis imaginem factã maculãt et deturpãt. Et vniuersis malis corporis et aĩe presentibus et futuris. Deinde petens cõferri bona: subdit. Et fac me: eosq́ ꝓ quibus offero tuis semꝑ obedire mandatis. In quo cõsistit tota vie ꝑfectio et patrie beatitudo. Hinc ait. Si vis ad vitã ingredi serua mãdata. In volũtatum quoq́ vnione beatorũ cũ deo tota consistit fruitio: que est essentialis beatitudo. Dicit autem semꝑ obedire: hoc est: nullo tp̃e trãsgredi. Sũt eñ mandata que semꝑ obligãt et pro semꝑ: vt negatiua. Sunt mãdata que semꝑ quidẽ: nõ aũt ꝓ semꝑ obligãt ad faciẽdũ qđ precipit: pro semper aũt obligãt ad nõ trãsgrediẽdũ: qualia sunt precepta affirmatiua. Iteruz semper obedire. i. vniuersaliter oĩbus mandatis: ne in vno offendẽs oĩm reus efficiar: vt docet Iacobus. Demũ orando petit in bono ꝑseuerantiã: q̃ q̃ perseuerauerit vsq́ in finem: hic saluus erit. Vñ addit. Et a te nũq̃ separari ꝑmittas: neq́ i hoc seculo ꝑ peccatũ: qđ separat te a deo: neq́ in futuro per horrendã reprobortũ sententiam. Discedite a me maledicti in ignẽ eternũ. Cõcludẽs adiungit. Qui per diuinã essentiã tuaz. Cum eodẽ deo patre: a quo oĩs paternitas in celo et i terra noiatur. In vnitate substãtiali. Eiusdẽ spiritussancti charitas nexus. Viuis: vitã habẽs in teipso. Et regnas in terris et in celo: deus ver⁹ naturalis vnus et indiuisus. Per oĩa secula seculorum: sine fine. Amen: vere et indefectibiliter. ¶ D Circa primã partem huius orationis: incidit dubium. Utrum xp̃s ex volũtate patris mundũ viuificans ꝑ mortẽ suã sua potestate animã suam posuit: an sua ꝑmissione mortẽ vulnerũ, violẽtia a iudeis inflictorum illatã substinuit? ¶ Ad hoc ꝓbabiliter dici p̃t: q̃ xp̃s in cruce sua potestate aĩam posuit preueniẽdo mortẽ quã durissimi vulneruz cruciat⁹ intulissent: vt sic euidẽtissime cõstaret: nõ nisi ꝓpria volũtate nos sua morte redemisse. P̃t aũt illud signis ostẽdi et scriptis. Signis. Naz ob hoc pilatus dũ peteret dare corpus sepeliendum mirabatur si iam mortu⁹ eẽt: quasi illate pene licet letales fuerãt: nõ tñ vitã in tã breui tẽpore extorsissent. Sicut nec in latronibus cũ dño crucifixis: quorũ crura quia dño mortuo viuerant: fracta sunt: vt eorũ mors acceleraret. Aliud signũ: q̃ cuz clamore valido expirauit: qđ nõ est hoĩs morte naturali vi illata moriẽtis: sz eius tñ qui propria potestate et volũtate aĩam suã ponit. Hinc cẽturio videns q̃ sic clamãs expirasset: ait. Uere hic homo filius dei erat: vbi gl. Ostẽditur quare cẽturio miratur: q̃ vidit eũ sic expirasse. i. spm̃ emisisse: null⁹ eñ h̃z potestatẽ emittẽdi spm̃: nisi cõditor aĩaruz. Et alia glo. Hiero. Infirmata etenim carne: mox virtus diuina inualuit: que dicit. Aperite mihi portas iustitie. Nos autez nullo aut ima voce morimur: qui de terra sumus. Ille eñ cũ exalata voce expirauit: q̃ de celo descẽdit. Ex q̃b⁹ satis p̃z: q̃ nõ violẽtia coact⁹: sz p̃tãte suñet⁹ mortẽ aduocauit. P̃z idẽ autoritate scripture supra allegata. Nemo tollet aĩam meã a me: sz ego ponã eã a meipso. Ad idẽ multe scripture cõcordãt: vt illud. Oblat⁹ est q̃ voluit: sz quecũq́ voluit fecit. Item tradidit semetipsum pro nobis. Et silia multa. Oblatio aũt.

Mat. xix.
Iaco. ij.
Matt. xxiiij.
Mat. xxv.
Dubiũ.
Rñsio ad dubium.
Ioan. xix.
Mat. xxvij.
Mar. xv.
Ioan. x.
Esa. liij.
Ephe. v.

Marc⁹ euāgelista timēs tractare hoc sacratissimū sacrm̄. pollicē sibi abscidit.

tus q̄z Marc⁹ euāgelista q̄ p̄ ceteris xp̄i resurre
ctionē ꝛ regnū spūsctō inspirāte descripsit: se tn̄ in
dignū tāto mysterio (als ministerio) sentiēs: polli
cem abscidit: vt reprob⁹ sacerdotio hēret: timēs tra
ctare corp⁹ dn̄i in altaris sacro. Merito igit sacer
dos Joāne baptista impurior: Magdalena aman
do tepidior: Petro aplo dignitate inferior: euāge
lista Marco indoctior: dn̄icū corp⁹ sumptur⁹ dicat
corde ꝛ ore. Dn̄e nō sum dign⁹ vt intres sub tectū
meū. Nō (inq̄) sum dign⁹ ex mea iustitia: ex mea p̄
parōne: ex mea operōne: sciēs a te dictū. Cū feceri

Luc. xvij.

tis oia q̄ p̄cepta sunt vobis: dicite q̄ inutiles ser
ui sum⁹. Qd̄ facere debuim⁹: fecim⁹. Et q̄ nec feci
q̄ facere debui: sed in multis tua sctissima p̄cepta
trāsgrediēs violaui: qūo dign⁹ esse potero: vt tu
dn̄e creator toti⁹ mūdialis machine: intres sub te
ctū meū: domū ɔscie mee: pctis obscurātib⁹ tene
brosum: virtutū carētia ruinosum: vbi tue mansio
nis nō est loc⁹. Nō eñ delectaris habitare i taber
naculis pctōꝝ: sed in tuis dilectorib⁹: p̄fis bn̄pla
cita semp operātib⁹. Vbiq; tuis obediētib⁹: talib⁹
eñ tui p̄risq; aduētū polliceri dignat⁹ es: ꝛ apud

Apoc. iij.

eos facere mansionē. Itē. Qui te pulsantē audiūt:
cordis sui portas aperiūt: ad hos intrare: ac cum
eis cenare p̄misisti. Sed q̄ heu talis nō sum: vere
indign⁹ sum vt intres sub tectū meū. Sed q̄ pctō
res nō sp̄nis: cū his eñ tu in terra ambulares: vt
sanares: mādicasti. Nec ad te ɔfugiētes repellis:
sed ꝛ paruulos sinere ad te accedere p̄cepisti. Me
pctōrē: ne paruulū: quia idignū: ne a facie tua p̄i
cias: sz tn̄ dic v̄bo: qui v̄bū es p̄ris coeternū. Dic

Mat. xix.

v̄bo virtutis tue quo dixisti paralytico. Surge et
ambula: ꝛ ɔtinuo surrexit san⁹ ꝛ ambulauit. Ita dic
v̄bo: ꝛ sanabit aīa mea: a morbis spūalib⁹ vitiorū.
Tuū nāq; dicere: facere est: dicēte scriptura. Dixit

Hiere. xvij.

ꝛ facta sūt oia. Sana me dn̄e (orauit p̄pheta) ꝛ sa
nabor. Sed dic v̄bo: ꝛ sanabit aīa mea p̄ tei cibū sa
turitū: q̄ cib⁹ es ipsius nō carnis: cib⁹ mētis non
vētris. ¶ iij Sed forte dicis. Nūq̄d sup se exagge
rat iudiciū q̄ p̄fitēs se indignū: nihilomin⁹ accedit
ad corp⁹ dn̄i sumēdū: cū apostol⁹ terribilr clamet.
Qui mādicat panē hūc. ꝛ calicē bibit idigne: iudi
ciū sibi mādicat? Aut ḡ fallo p̄fitet se indignū: et
ita ɔfessiōe falsitatis vere indign⁹ reddit. Aut vere
dicit: ꝛ credit se indignū: ꝛ sic indigne mādicat: p̄
pter⁹ q̄ est mādicādo: euadere nō potēs iudiciū
dn̄i. Sed absit vt cib⁹: qui dat vitā eternā mūdo i

Esse indignū hac refectiōe: ꝛ idigne eā sumere nō esse idē.

oēm eūtū mortē afferat accessuro. Ad hui⁹ igitur
replice solutionē: rememorāda sūt. s. lec. vij. ꝛ. viij.
exarata. Refert eñ: nec idē est: esse idignū hac refe
ctione: ꝛ indigne eā sumere. Sīlr refert esse indi
gnū in oculis suis: ꝛ esse indignū in oculis dei nos
diligētis. De p̄mo simplr indign⁹ est: q̄ gr̄a dei ca

Mat. xv.

ret. Nā q̄ gr̄a caret: inimic⁹ dei est: mortu⁹ est: sed
inimic⁹ nō est dign⁹ pane filioꝝ: ipso dicēte. Non
est bonū sumere panē filioꝝ: ꝛ mittere canib⁹. Ne
q; mortu⁹ deo dign⁹ est pane vite: neq; cib⁹ ē mor
tuoꝝ: sz viuētiū. Pōt aūt nō hn̄s gr̄am ꝛ p̄ hoc idi
gnus: sumere nō indigne: si post discussionē ac sui
ipsi⁹ p̄bationē quā p̄cedere hāc sumptionē debe
re aplo docet: maneret aliqd pctm̄ mortale nondū
dimissum: nec tn̄ a sumēte cognitū. Cū ḡ nemo deli
ctoꝝ suoꝝ pfectā hz cognitionē: nec memoriā: di
cēte p̄pheta. Delicta quis intelligit? Ab occultis
meis mūda me: ꝛ ab alienis parce seruo tuo. Hinc
q̄lib et se indignū existimare hz: tāq; nesciēs se di
gnū: ꝛ tn̄ de mia dei p̄sumēs pōt nō indigne acce
dere: ita q̄ accedēdo nouū mortale non cōmittat.
Et p̄ hoc vtilr ꝛ nō ficte orare. Dn̄e nō sum dign⁹
ꝛc. De scdo. Nemo filioꝝ captiuitatis Ade ex suis
dign⁹ est pane angeloꝝ. de quo Ber. ser. v. d dedi.
eccle. late disserit di. Nōnūq̄ de aīa mea cogitās:
videor mihi in ea (fateor) velut duo ɔtria inuenire
Si ipsam aīam put in se est: ꝛ ex se est: intueor: ni
hil de ea veri⁹ sentire possum: q̄ad nihilū esse re
dactā: cū sit onerata pctis: obfusa tenebris: irreti
ta illecebris: pruriēs ɔcupiscētijs: obnoxia passio
nib⁹: impleta illusiōib⁹: prona semper ad malū: in
vitiū omne procliuis. Postremo: toti⁹ ɔfusionis ꝛ
ignominie ipleta. Nimirū si ipse q̄z iustitie nostre
oēs ad lumē v̄itatis inspecte: velut pān⁹ mēstrua
te inueniūt. Iniustitie deinceps; quales reputa
būtur? Si lumē qd̄ in nobis est: tenebre sunt: ip̄e te
nebre q̄te erūt? Facile est cuiq; nr̄m si sua pleni⁹
vniuersa ꝛ sine dissimulatiōe vestiget ꝛ iudicet si
ne acceptiōe p̄sone: attestari p̄ oia aplice veritati:
ꝛ libere p̄clamare. Qui se putat aliq̄d esse cū nihil
sit: ipse se seducit. Quid est hō q̄ magnificas eū:
ait fidelis ꝛ deuota ɔfessio: aut q̄d appōis erga eū
cor tuū? Quid? Sine dubio vanitati similis fact⁹ est
hō. Ad nihilū redact⁹ est hō. Nihil est hō. Qūo tn̄
penit⁹ nihil est: quē magnificat de⁹? Quo nihil er
ga quē appositū est cor diuinū? Et infra. Et tanq̄
nihil reputat hō in iudicio veritatis tue: sz nō sic
in affectu pietatis tue. Mirifice vocas ea q̄ nō sūt
sicut ea q̄ sūt: ꝛ nō sūt: ḡ q̄ vocas ea q̄ nō sūt: ꝛ sūt:
q̄ vocas. Lz eñ nō sint q̄tū apud se: apud te sunt
vtiq;: iuxta aplm. Nō ex opib⁹: sz ex vocāte. Sic ni
mirū si ɔsolaris in tua pietate quē in veritate tua
humiliasti: vt magnifice dilatet i tuis q̄ merito an
gustiat in suis. Siq̄dē vniuerse vie dn̄i mia ꝛ veri
tas req̄rētib⁹ testm̄ tuū ꝛ testionia tua. Testm̄ vti
q; pietatis ꝛ testionia v̄itatis. Et seq̄t ad p̄positū.
Lege hō in corde tuo: lege intra teip̄m de teip̄o te
stimonia veritatis: etiā hac cōi luce iudicabis te in
dignū. Lege in corde dei testm̄ qd̄ firmatū est i san
guine mediatoris: ꝛ inuenies quāz lōge aliud spe
possidere: q̄ re tenere videris. Hec Bernar. Sic ḡ
sacerdos ɔsiderās te r̄m se: in corde suo verissime
indignū se p̄clamabit. Sed attēdēs q̄d i corde dei
q̄ se magnificauit: redemit: dilexit: se dignū spare
poterit: nō dignitate sua: sz illi⁹ dignatiōe. Verūq;
sit p̄phete v̄bū. Perditio tua ex te Isrl: tn̄ modo i
me auxiliū tuū. Denīq; b. Job. c. xxv. ait. Nunq̄d
iustificari pōt hō cōparat⁹ deo: aut apparere mū
dus nat⁹ d muliere? Ecce luna ēt nō splēdet: ꝛ stel
le nō sūt mūde i ɔspectu ei⁹. Que exponēs b. Gre
go. xvij. mora. c. xxv. nōnulli p̄ donū ipsi adiuti ɔ in
firmitatē sue carnis erigunt: virtutib⁹ emicāt: si
gnorūq; miraculis coruscāt: null⁹ tn̄ est q̄ sine cul
pa vitā trāseat: quousq; carnē corruptiōis portat.
Et sequit. Nec sctā ecclia p̄ lunā signata virtute p̄
ptia tot miraculis emicat: nisi hāc supuenientis gr̄e
dona ɔfundāt. Nec singuloꝝ dn̄ viuentū stellaꝝ
noie dsignatoꝝ mētes a pctōꝝ maculis mūde sūt:
si remota pietate iudicent: q̄ apud districti iudicis
oculos: sua vnūqueq; corruptibilitas inq̄nat: nisi
hāc quotidie gr̄a parcēs tergat. Electoꝝ q̄ppe a
nim⁹ p̄dire ad libertatē iustitie nitit: sz adhuc cō
pede ifirmitatis tenet. Et culpas q̄dē indigere p̄
fecte desiderat: sz q̄usq; corruptiōe carnis astringi
tur: ei⁹ vinculis etiā cū nō vult: ligat. Hinc itaq; col
ligat q̄to pctōrū pōdere pressi sūt: q̄ ɔ hec decer
tare negligūt: si plene culpā nec illi superant: qui
contra hanc viriliter pugnant. Unde postq̄ dictū
est. Ecce luna non splendet: ꝛ stelle non sunt mun
de in conspectu eius: protinus additur. Quanto
magis homo putredo: et filius hominis vermis?
Hec Grego. ¶ J Cōsiderās itaq; sacerdos se esse
creaturā: ꝛ vas luteū figuli: eumq; qui in sacramē
to oculis subiecto (quē ꝛ nūc sumpturus est) conti
netur: esse creatorē ꝛ figulū: sese esse finitū ꝛ pene
nihilū: illum v̄o simplr infinitum: ꝛ omnibus in
comparabilr puriorem: etiam si seraphica purita
te arderet verissime dicet. Dn̄e non sum dign⁹ vt
intres ꝛc. Rogatq; attentius qd̄ sequit. Sed tan
tū dic v̄bo ꝛ sanabit ipsū me⁹. Tn̄ dic v̄bo: h̄ ē teip̄o
q̄ v̄bū es p̄ri eternus coeternū: p̄ qd̄ facta sūt oia. Ut dic

fuit:se erigẽs ad sumẽdũ hostiã salutarẽ:dicit hãc orõnem q̃rtã. Panẽ celestẽ accipiã. Panẽ celestem nõ factũ de terre frumẽto:sed de sanguine virgineo:nõ pistũ in fornace p ardorẽ ignis:sed coctũ p feruorẽ dilectiõis in ara crucis. Panẽ celestẽ reficiẽtẽ angelos in britudine. Panẽ de celo descẽdentẽ:vt nutriat mẽtes pauperũ suoꝝ in hac miseria ad celos aspirãtiũ. Accipiã:sperãs in bonitate domini:ↄfidẽs in ipsi⁹ significatiõe:qui sol⁹ põt facere mũdũ de inmũdo ↄceptũ semine:ꝛ de lapidibus filios suscitare Abrahe:q parũulos in oculis suis magnificat eos vtiq parũulos:qui nõ in sua virtute ↄfidũt:sed se totos in sui adiutoriũ ꝓijciũt

Job.xiiij. Mat.iij.

Nam ꝛ.b.Aug.de cẽturione(cui⁹ s.habita est mẽtio)loq̃tur. Dũ(inq̃t)se cẽturio tm̃ vilificaret:vt diceret se indignũ Christũ sub tectũ suũ suscipe:ↄfidẽtiã suã in Christũ faciẽs:vt salutẽ suo seruo prestare abs̃s potuisset: Christ⁹ eũ significauit:ꝛ sub tectũ sui cordis introiuit:ipm̃ in fide illuminãs et inflãmãs. Cur ita?vt lati⁹ crederet Christũ sanasse infirmos:mũdasse leprosos quos nõ vidit:q̃ Judei qui diuersa miracula ab ipso facta expimẽtaliter didicerũt. Accipiã ꝛ ego sacerdos a dño adhuc in mũdo pegrin⁹:panẽ celestẽ:vt in ipsi⁹ fortitudine ambulẽ vsq ad dei mõtẽ. Accipiã ego egrot⁹ ꝛ infirm⁹ panẽ celestẽ:cor hois roborãtẽ:vt a morbis cũctis merear pseruari. Accipiã panẽ celestez ego famelicẽs ꝛ esuriẽs:quẽ q gustauerit:nõ esuriet ĩ eternum. Accipiã ego iq̃et⁹ ꝛ anxi⁹ panẽ celestẽ:q cor stabilitat:ꝛ turbidos fluct⁹ sedat. Accipiã claud⁹ ꝛ debil' panẽ celestẽ:inuitat⁹ a rege magno ad cenã ad quã debiles ꝛ claudi sunt itroducti. Et nomen dñi inuocabo:cũ Christo cenã ĩ pane isto celesti faciẽs:vt aĩam mihi exhibeat nũc hitans ĩ cel':quẽadmodũ exhibuit secũ cenãtib⁹ hitans ĩ terris. Hoc ipm̃ eñ vt faciat:q̃rit. Ego(iq̃t)sto ad ostium foris pulsans:si q̃s audierit vocẽ meam:ꝛ apuerit mihi ianuã:itrabo ad illũ ꝛ cenabo cum illo:ꝛ ipse mecum.

Apoc.iij. Mat.viij. Mar.i. Luce.iiij.

Cenabat xp̃s apud petrũ ꝛ Joãnẽ ꝛ Jacobũ:vbi socr⁹ petri tenebat magnis febrib⁹. Imꝑauit febri xp̃s:ꝛ surrexit cõtiuo socrus:ꝛ ministrabat eis. Innocabo ꝛ ego nomen dñi sup me:vt xp̃s cũ quo ceno:inio quem mãduco:pellat a me febres spũales:cõpescat a me ardorẽ inaturalẽ carnaliũ delectationum:fuget calorẽ amoris mũdani vt cor meũ reformet ad calorem naturalẽ amoris dei. Cõuiua fuit xp̃s ĩ hoc sacramẽto ↄtentus apud Matthe. Murmurabat iustitia falsa Phariseoꝝ:vidẽs mie fonẽ cum pctõribus mãducantẽ. Sed ↄfusa est vera dñi iustitia:dñe. Non veni vocare iustos:sed pctõs.

Mat.ix. Luce.vij.

Innocabo ꝛ ego nomẽ dñi:vt me pctõrẽ inter suos electos vocet:ꝛ patri recõciliet. Mãducauit item cum simone Phariseo xp̃s:h sub spẽ panis velatus:ꝛ ecce mulier que erat ĩ ciuitate peccatrix:attulit alabastrũ vnguẽti:ꝛ cepit lachrymis rigare pedes eius:capillisq suis tergere ꝛ perungere. Judicat⁹ est a Phariseo dñs:quasi ignorãs que ꝛ qual' esset mulier que tãgebat eum:q̃ mĩ peccatrix erat. Sed ↄtẽpto Phariseo:mulieri dñs dixit. Mulier fides tua te saluã fecit. Nihil ego ↄtra dñm ĩ sacro ad me pctõrem veniẽtem ĩfidel'r murmurabo:sed nomẽ ipsi⁹ itra me inuocabo:vt ĩ fide qua panẽ celestẽ accipio:saluum me faciat nunc ꝛ in futuro.

Luce.xix.

Intrauit xp̃s sub his spẽbus corporal'r ↄtẽtus ĩ domũ Zachei:eum videre cupientis:ꝛ ob hoc arborem sycomoꝝ ascẽdentis murmurãtibus nonnull' q ad hoiem pctõrem diuertisset. Sed ait dñs Zacheo. Qr hodie huic domui salus facta ẽ. Et ego de aduẽtu dñi gaudẽs nomen eius inuocabo:vt fiat salus aie mee per ipsum q venit q̃rere ꝛ saluũ facere quod perierat.

Luc.xxij.

Cenauit tãdem exiẽs ex hoc mundo cum discipul' suis q̃bus ꝛ dixit. Dispono vob̃ sicut ꝛ disposuit mihi pater me⁹ regnũ:cõmittens vt sacri huius ↄsecrõnem ꝛ cõiõnẽ ĩ sui memoriã freq̃ntarẽt bi. Hoc quotiescũq feceritis ĩ mei memoriã facietis. Non me cum Juda traditore a discipuloꝝ ↄsortio exeũte a domino separabo sed nomẽ dñi inuocabo:vt hec sacratissimi corporis sui mãducatio sit mihi ad regnũ suum pparãs salutaris.

Mat.xxvi.

¶ Dictis itaq a sacerdote pdictis:siccas particulas duas ĩ patena collocatas:imediate vel mediãte patena ĩ manus ad platõez stati pmisse orõnis. Panem celestẽ accipiã:recipiẽs:icliato paulisper corpore:sacerdos subsistit:ꝛ oẽs suas cogitationes q̃tum possibile est vniẽdo:deuote se recolligit. Et sicut corporales oculos ad spẽs ꝛ formas sacramenti exteriores dirigit. Sic oculos fidei iteriores:ad dñm nostrũ Jesum xp̃m sub visibilibus spẽbus ↄtentum:eiusq sacratissima passiõis ꝛ redemptiõis nostre mysteria:cui⁹ ĩ hac sumptiõe memoria pncipalissime recolit(vt dcm̃ est lec.xxxvj.)cõuertat:put deuotio ppa:ꝛ sctispũs vnctio docuerit meditãdo. Cui⁹ exemplũ aliqd ponere non existimo oino inutile. Poterit ergo sacerdos itra se nulla voce emissa cogitãdo dce. Eya misericordissime dñe Jesu xp̃e eterni patris vnigenite fili:vnus cum eodẽ patre ꝛ spũsancto verus consbal' ꝛ naturalis de⁹:q p pctõꝝ salute ex ifinita charitate tua carnẽ sumere:iter hoies apparere:ꝛ.xxxiij. annis grauiter laborare:ꝛ ninitpi'r fatigari dignat⁹ es:ꝛ tãdem amarissima passione ꝑciosissimi sanguis effusiõe:ac morte turpissima nos a morte ꝑpetua pctis ꝛ penis liberare. In cuius saluberrie passionis memoriã:te p̃sentem his spẽbus exhibere:teq cibũ aie nostre ac pignus salutis eterne tradere voluisti. Respice ĩ hac hora ĩ me pctõrem idignũ:purga ꝛ sctifica me:vt te deũ meũ creatorẽ ꝛ redẽptorẽ merear digne sumere. Breuius q̃dem vel longius put gr̃a ministrabit. Et more quorũdã pectus tundens:addat. Deus ppitius esto mihi pctõri. Quo v̄bo Publican⁹ oculos ad celũ leuare non audẽs:remissionẽ suoꝝ meruit pctõꝝ.

Lu.xviij.

Dicens aũt de⁹ itẽtionẽ dirigat ad ↄtentũ ĩ sacro xp̃z:ꝛ latria eũ adorans cum magna reuerẽtia:deuotiõe:timore ꝛ charitate:mentisq affectiõe ac desiderio:sacrosanctũ dñi corpus sub duab⁹ illis particul' ↄtentum:pro sua ac totius ecclesie salute sumat. Sumat aũt nõ masticãdo dentib⁹:ꝑpter euitãdũ periculũ ꝛ sacri irreuerẽtiã:ne forte aliq̃d sacri herens dentibus:postmodũ expuat:vel aliis cõibus cibis misceat:sed humectatis in ore spẽbus reuerẽter glutiendo traijciat. Ipso v̄o in ore p sua humectatiõe manẽte:sic poterit meditari. Ueni ĩ aiam serui tui deus meus ꝛ dñs meus:meq tibi icorporare digneris:vt mihi mori:tibi soli merear viuere. Hec aũt non dico quasi necessario sic fieri debeat ex ecclesie ordinatiõe vel statuto:neq p hec ↄtẽplatiõis ac deuotiõis exercitia ĩ ꝓmptu habentes iformare p̃sumens:sed p quodã exẽplo grosso p rudibus ꝛ nõdum in spũalibus deuotionibus assuetis interserere curaui.

¶ Lectio.lxxxiij. A

Sumpto venerabili sacro sub spẽbus panis de manibus vel patena:sacerdos dicit.

Corpus dñi nostri Jesu xp̃i custodiat aiam meam ĩ vitam eternam.

¶ Premissis orõnibus cõionem pcedentib⁹ sequũtur due iter cõicandũ dici solite. Quarũ pma respicit pceptionẽ sacri panis. Alia pceptionẽ sacramẽti sanguis:ꝛ sm̃ hoc diuiditur illa pars. Qr eñ pmo sumit xp̃s sub spẽbus panis:ideo pmittit prima orõ spãl'r p salute obtinẽda ex pceptione dñici corporis. Scd̃o idẽ sumit sub spẽbus vini:ideo pmittit scd̃a orõ p obtinenda salute ex pceptione sanguis. ibi. Quid retribuã. ¶ Quo ad pmũ orat

sacerdos. Corp⁹ dñi ⁊c. Corp⁹ dñi pro expiatione pctōꝝ: toti⁹ mūdi in ara crucis immolatū. Corpus dñi ex dignatissima bonitate dei: pro vluificatiōe mūdi sub sacro altari xp̄i fidelib⁹ ministratū. Corpus dñi nr̄i Iesu xp̄i a me ꝓ eterna btitudine capessenda fideli ⁊ sacrali. mādncatū. Custodiat: in vnitate fidei catholice: ne mysteria altissima hui⁹ veri corporis xp̄i cogitās ⁊ non capiēs ab vnitate corporis xp̄i mystici ꝑ infidelitatē recedā. Quēadmodū q̄dā ex xp̄i discipulis dū sacratissima q̄dā ⁊ ardua de corpore xp̄i ab ipso dei pr̄is sapia increata audierūt: ab ei⁹ magisterū doctrina retro abierūt dicētes. Dur⁹ est hic sermo. Quō pōt nobis hic dare carnē suā ad mādncādū? Per qḋ certe ab vnitate ecclesie se ꝑciderūt: qr in heresim ex ꝟbis saluatoris scādalizati ꝓlapsi sunt: vt dt. b. Aug. i expositiōe ps. Custodiat (inq̄) rursus corp⁹ dñi mādncatū aīam meā: a ꝓlapsu in pctm̄: ne in detestādam ingratitudinē abeā de mēsa dñi: inferēdo cōtumeliā xp̄o cum Iuda ꝓditore nequissimo. Custodiat deniq̄ corp⁹ dñi nr̄i Iesu xp̄i a me sumptū: in vita ⁊ robore spūali aīam meā: vt cibat⁹ ⁊ roboratus hoc cibo nobilissimo: ꝯtinuo robustior ⁊ potētior fiam ad exercēdū opa vite: vt q̄z in me extinguat fames ⁊ sitis carnaliū desideriōꝝ: ⁊ excitetur cōcupiscētia gaudiōꝝ eternoꝝ: ꝑ ꝑgustationē dulcedinis q̄ ꝯcedit corp⁹ illud digne sumētib⁹. Subdit ab aliq̄b⁹. Et ꝑducat aīam meā. Perducat potēter ꝑseruādo ab incursiōe malignoꝝ spirituū: q̄ exeūtes de hoc mūdo ꝯsueuerūt acri⁹ infestare aīaz meā in hora exit⁹ mei ex hoc seculo. Aīam meā cuius est cib⁹ spūalis eā nutriēs: roborās: ⁊ ꝯfortās: nō ẜm suā essentiā siue sbām: sed ẜm dona spūalia ⁊ grē: q̄ donat aīe indigna⁹ corporis xp̄i mādncatiōe. In vitā eterna: hoc est i eternā btitudinē: quēadmodū Heliā panis ministrat⁹ ab angelo ꝯfortauit: in cui⁹ fortitudine ambulauit vsq̄ ad mōtem dei. Quēadmodū ⁊ panis q̄ de celo descēdit ꝑduxit ppl'm Israel ꝑ desertū vsq̄ ad terrā ꝓmissiōis. Ita oro o dñe: vt hec esca celestis sit meū verū viaticū ducēs me ꝑ desertū hui⁹ seculi ad supnā pr̄ām fidelib⁹ repromissam.

Jo.vi.

iij.Re.xix

Quid retribuā dño ꝓ oi-

bus q̄ retribuit mihi. Calicē salutaris accipiā: ⁊ nomen dñi inuocabo. Laudās inuocabo dñm: ⁊ ab inimicis meis saln⁹ ero. ¶ Ista est scda oro q̄ ꝑmittitur calicis sumptiōi. Sicut eñ sacerdos volēs suscipe corp⁹ dñi sub panis spē: ꝑmisit orōnē ꝓ sua humiliatiōe: recognoscēdo suā indignitatē ad dignissimi corporis ꝑceptionē dicēs. Dñe nō sum dignus ⁊c. Ita ꝓcedēs ad sumptionē sacratissimi sāguinis xp̄i sub spēb⁹ vini: ꝓ sui hūiliatiōe indignitatē suā iterū recognoscit: fatēdo se nihil hr̄e ex ꝓprijs: qḋ dño possit ꝓ tāto bñficio ꝑstito retribuere: dicēs. Quid retribuā dño. Et diuidit i tres particulas. In ꝑma recognoscit sacerdos suā insufficientiā retribuēdi ꝓ acceptoꝝ bñficioꝝ collatiōe. In scda ostēdit gratitudinē in accipiēdo dñi bñficiū: cū sui nois laude ⁊ inuocatiōe. ibi. Calicē salutaris. In tertia ostēdit suā ꝯfidētiā quā hr̄et virtute dati bñficij in nociuoꝝ ꝑseruatiōe. ibi. Et ab inimicis meis. ¶ Quo ad ꝑmū dicit. Quid retribuaz dño. q. d. Quid ego cinis ⁊ puluis: plasma ⁊ figmētum ꝯditoris: homo vilis: ⁊ fragilis: vacu⁹ virtutibus: plen⁹ vitijs. Quid retribuā mercedis ⁊ ꝑmij de meis virib⁹: de meis bonis: de meis possessiōibus: dño vniuersoꝝ: cui⁹ est terra ⁊ plenitudo ei⁹: orbis terrarū ⁊ vniuersi q̄ habitāt in eo. Qui bonorum meoꝝ nō indiget: q̄ diues est in oēs: q̄ nec ditior ex per me sibi oblatis ꝯstituit: nec si oīa sibi subtraxero: pauꝑior efficit. Immo ꝟo cui sicut nihil subtrahi pōt (ipso dicēte. Quia oīa dedit pater in manu ei⁹. Jo. xvij.) ita nec addi q̄cq̄ pōt: qr in eius ditiōe cūcta sūt posita. Hester. xiij. Pro oib⁹: bñficijs. s. quoꝝ numer⁹ ⁊ imēsitas modū supat ⁊ sensum. Quis eñ cogitare poterit trinitatis opa sup nos ab initio mūdi vsq̄ in finē: vt videat q̄ solicita fuerit illa maiestas: cui administratio pariter ⁊ gubernatio seculoꝝ incūbit: ne nos ꝑderet in eternum. Et potēter q̄dē oīa fecerat: ⁊ sapiēter oīa gubernabat: ⁊ vtrarūq̄ reꝝ tā potētie q̄ sapie: signa manifestissima tenebant i creatiōe ⁊ gubernatiōe machine mūdialis. Sz nec latere potuit bonitas: cū ois hec gubernatio ad hoīs vtilitatē tēdebat. Respice inq̄t vch. Hugo de arra aīe. Respice vniuersum mūdū: ⁊ ꝯsidera si aliq̄d sit in eo qḋ tibi nō seruiat. Ois natura ad hūc finē cursuz suū dirigit vt obsequijs tuis famulet: ⁊ vtilitati deseruiat: tuisq̄ oblectatiōib⁹ pariter ⁊ necessitatib⁹ ẜm affluētiā indeficiētē occurrat. Hoc celum: hoc terra: hoc aer: hoc mare: cū his q̄ in eis sūt vniuersis: explere nō cessant. Hoc circūitus tēpoꝝ annuis innouationib⁹ ⁊ redūtuis partib⁹ antiq̄ innouās: dilapsa reformās: ꝯsūpta restaurās: pastu ꝑpetuo subministrat. Magna sūt hec q̄ dñs tribuit sustētando corpori: sz multo maiora impēdit saluādo aīe q̄ perierat. Qḋ dedit mihi pr̄ mai⁹ oib⁹ est: inq̄t ⁊ hoc ip̄z ꝓ me ac ceteris oibus dedit: q̄d hoc? Seip̄m dedit. Neq̄ eñ a se est fili⁹: sz a pr̄e q̄ essentiā infinitā oibus maiorē dedit. Et quō se dedit? Audi Berñ. in ser. ij. de pēth. Uerbū dei (inq̄t) in sublimi ꝯstitutū: vt ad nos descēderet ꝓpa benignitas inuitauit: misericordia traxit: ꝟitas q̄ se ꝓmiserat vētutū compulit: puritas vteri virginalis suscepit: salua virginis integritate potētia eduxit: obedia in oib⁹ deduxit: patiētia armauit: charitas ꝟbis ⁊ miraculis manifestauit: ac vitā suā ꝑ singulos etatū grad⁹: infantie: puerilie: adolescētie: iuuētutis nobis dedit. Adijciēs mortē: resurrectionē: ascēsionē: ac spūssci missionē: vt sua ꝯceptio mūdet nr̄am: sua vita instruat nr̄am: mors sua destruat nr̄am: resurrectio sua ꝑcedat nr̄am: ascēsio sua ꝑparet nr̄am: missus spūs su⁹ adiuuet infirmitatē nr̄am. Ut q̄z hec oia in ꝑpetua maneāt memoria ⁊ i effectu atq̄ fructu noua: etiā seip̄m in cibū nobis tradidit in viuifico sacro: quo oim ꝑmissoꝝ bonoꝝ recēti efficacia alaz nutrit: reficit ⁊ impinguat. Illa sunt bona ineffabilia q̄b⁹ vt breui ꝟbo cūcta ꝯcludā: inq̄t Ber. nihil meli⁹ inuenire poterat: vñ nos redimeret sapia dei i oi sapia sua. Nā oīa tribuit trinitas bñdicta. Pat vt ẜuū redimat: filio nō parcit. Fili⁹ seip̄m libētissime tradidit: ⁊ ipse spūs postulat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilib⁹. ¶ C his oibus ꝯdigne rñdere sacerdos nō valēs: recte ait. Quid retribuā dño ꝓ oib⁹. s. bonis: q̄ retribuit: nedū oib⁹ gñaliter in his q̄ ꝑdicta sūt: sz ⁊ spālr mihi. Mihi inq̄ i meis sui creature benigna ꝯseruatiōe: i lōganimi mee ꝯuersionis expectatiōe: i boni ꝓpositi isp̄irōne: i sacroꝝ suoꝝ ablutiōe: i eucharistie suauissima refectiōe. Retribuit inq̄t. Retributio act⁹ est ei⁹ q̄ ab alio bñficiū aliqḋ accipit: qḋ retribuēdo per aliud recōpensat. Sed q̄d ego tribui dño: vt bona illa magnifica retribueret ⁊ mihi. Si boni q̄d cogito sibi repēdere: ab ipso immittitur cogitatio: qr nō sum⁹ sufficientes aliq̄d cogitare a nobis: quasi ex nobis sz sufficiētia nr̄a ex deo est. Si boni q̄d opatus sum vt sibi retribuerē: id recepi eo donatore. Omne nanq̄ datū optimū: ⁊ oē donū ꝑfectū desursū est: descēdēs a pr̄e luminū. Si sibi seruiēdo: mādata sua executus sum: nullū ꝑfectū sibi attulit: ipso teste. Cū feceritis q̄cūq̄ ꝑcepta sūt vob dicite. Inutiles ẜui sumus. Et breuit q̄cūq̄ bona obtuit: ab eo recepi: si ip̄e dōauit. Quid hēs qḋ ñ accepisti: ait apl's. Quid igit ꝟdi dño ꝓ bis q̄ retribuit mihi? Nihil ꝑfecto ex me: nihil meū repi: nihil ꝓpriū possedit. Unū est qḋ ꝑter te habeo o dñe. s. pctm̄. Hui⁹ tu ñ es autor sz ego peccator. Tu mihi id non retribuisti: sz ego.

Oia q̄ in mūdo sūt vtilitati hoīs seruiūt.

Ja.i.

Luce.xvij

i.Cor.iiij

Augu.

sine te id pfeci. Sine te factum est nihil.ait Joannes. Nihil.i. pctm sm glo. dei Aug. Retribuisti igr
mihi hec:z alia innumerabilia bona p meis malis
p meis pctis. Nihil erã: qd ẽ malũ entis priuatio.
Et me bonũ aliqd: eis aliqd fecit tua potẽtissima
creatio. Peccaui in adã tui mãdati puaricatore: z
me redemisti in xpo pditoꝶ saluatore. Peccaui in
meipso ex puersa mea volũtate: nec statim me pdidisti ex tua benignitate. Peccaui z malũ corã te fecit: z tu ignouisti: ac pniam inspirasti. Defeci: esuriui: z sitiui ex viriũ mearũ tenuitate: tu me pauisti:
z potasti pprio corpore/ z sacratissimo tuo sanguine. Ecce soli in me defect⁹ inueniunt: z nõ nisi bona
excellẽtissima retribuunt bona ergo p malis q̃ meruim⁹: tribuunt: quos p malis punire poterat: bonis suis obruebat: nõ tñ bona ista nr̃a mala meruerũt. Sz quo retribuunt: aut cui⁹ merito: si nõ meo?
Meis em̃ meritis nõ bona debent: sz pena. Certa
merito dñi mei q̃ prior dilexit nos: z qz dilexit: mala meritis nr̃is suo merito bona cũcta cõpensauit.
Sic retribuit.i. iterũ tribuit gratiã p gr̃a. Gra: 1az
iustificatiõis gratis oĩno tribuit: qua mereri poteram⁹: z p gr̃a qua iustificati sum⁹: z opa meritoria
egim⁹: gratiã vberiorẽ: qua cresceremus: roborare-
mur: magnificaremur: retribuit. Quid igit? Nũqd
hos defect⁹ meos iterabo: tãta recipiẽs bõa? Absit. Impie z inique volũtatis est: mala p bonis retribuere. Quid igit retribuã: q̃ nihil ppriũ nisi defect⁹ habeo? Certe ne inquetis ingratitudinis irretiar: bñficiũ a te gratis pstitũ grat⁹ recipiã: z ad dãdũ bñficia ampliora te puocabo. Nã Cassiod. teste. Spem de futuris bonis recipit: q̃ trãsacta bñficia recognoscit. Inuitat ad magna: q̃ gratãter accipit modica. Accipiã igit bñficiũ dñi magnũ cũ magna gratitudie: qr accipiẽdũ: istituit ex magna chitate. Hic sequit scda pars phrasonis. ¶ Calicẽ

Cassio.

salutaris accipiã. Accipiaz: sitibũdus z ex defectu
humoris grẽ: z roris bñdictiõis diuine. Calicez vt
inde refocillationẽ capiã: ne ambulãs iuxta fontẽ
hui⁹ liquoris saluberrimi: per eã ex negligentia z
desidia accedẽdi. Accipiã ego aridus ad fructificãdũ calicẽ salutaris: ex quo scaturit aqua: quã q̃ bibit nõ sitiet i eternũ. Accipiã ego immũdus z pctõrũ sordib⁹ maculat⁹: calicẽ salutaris: vt in ipsi⁹ puritate fecces pctõꝶ abstergant: vnus esse merear
coꝶ: q̃ lauerũt stolas suas in sanguine agni. Accipiã ego ambulatur⁹ p viã grãdẽ: q̃ restat ad celestẽ patriã: calicẽ salutaris: ne in via deficiã cũ filijs
israel pficiscẽtib⁹ ad terrã pmissiõis: qb⁹ nisi aqua
meritis moysi fuisset ministrata de petra deserti
quã pcussit: fiti miserabilr perijssent. Accipiã ego
cecitate pctõꝶ pcussas: calicẽ salutaris: vt oculi rõnis mee illustrent: quẽadmodũ lõgino lat⁹ dñi pforãti: sanguis de pectore dñi decurrẽs visum: vt
historie referũt: restituit oculoꝶ z mẽtẽ ei⁹ fide vt
xpm dei filiũ crederet: illustrauit. Accipiã calicẽ salutaris.i. xpi sanguinẽ: quẽ discipulis suis in cena
vltima ministrauit dicẽs. Bibite ex hoc oẽs. Hic ẽ
calix sanguinis mei: sanguinis quẽ in cruce pẽdẽs
largiter effudit: dũ vn⁹ militũ lat⁹ ei⁹ lãcea pforauit: ex quo ptinuo sanguis z aqua exiuit. Sãguis
quẽ in sua gl'iosa resurrectiõe p integritate nature sue nitide reassumpsit. Sãguis quẽ in memoriã sue passiõis sumẽdũ nobis cõmẽdauit: dicens.
Hec quotiescũqz feceritis: in mei memoriã facietis.

Luc..ij

Salutaris.i. xpi nr̃i saluatoris: q̃ qr est nr̃e salutis
reparator z autor: vere salutare nr̃m appellat. Vñ
Simeõ. Viderũt oculi mei salutare tuũ.i. xpm saluatorẽ: z Luc.iij.ca. Videbit ois caro salutare dei
Salutaris nãqz dr: q̃si salutẽ optãs vel desiderãs:
qd de nemine dici põt sicut de xpo: q̃ tñ nostrã salutẽ desiderauit: vt p ea passionẽ subijt: ac sanguinẽ ppriũ fudit. ¶ Vel põt aliter exponi. Accipiã calicẽ salutaris.i. sanguinem salutaris intrãsitiue.i.
sanguinẽ xpi q̃ est salutaris: qr salutẽ nostram effecit: dũ in cruce fusus nos deo pr̃i recõciliauit. ¶ Sequit tertia pa. Et nomẽ dñi inuocabo: vt sanguis
ille salutaris in se: fiat mihi salutaris: me liberãdo
a pctis: q̃ p multis effusus est in remissionẽ pctõꝶ.
Nomẽ dñi inuocabo: calicẽ salutaris accipiẽs: vt
veniat sup me sanguis ille sacratissim⁹ cũ benedictiõe: quẽ sup se spargi isani iudei postulabãt. Sãguis ei⁹ inquiũt: sup nos: z sup filios nr̃os. ¶ Seqtur. Laudãs inuocabo dñm. Laudãs xpm de tãta
bñficẽtia exhibita: qua nedũ hũc sanguinẽ fudit: sz
z ipm in potũ salutarẽ nobis dedit. Et qs ingratissim⁹ z irreligiosus p tãto bñficio nõ laudaret xpz
dñm? Seueri⁹ dñs seruũ suũ iudicat q̃ bñficia ei⁹
suscipiẽs: dñm nõ extollit: aut se bñficijs indignũ
iudicat: bñficẽtiã dñi laudib⁹ nõ agnoscens. Laudãs igit inuocabo dñm: sumẽdo hoc magnificũ bñficiũ. Et ab inimicis meis saluus ero: ex virtute dati
bñficij. Hz em̃ virtutẽ magnificã sanguis ille salutaris. Extinguit q̃dẽ ardorẽ carnalis ccupiscẽtie remittit fomitẽ pctĩ: cui⁹ est mot⁹ inordinatos excitare: z p hoc valet ꝯ inimicũ intraneũ: q̃ est ppria caro. Rursus inebriat mẽtẽ sanguis iste potat⁹ celica
dulcedine: recolligit vires aie: z in xpi vulnera potẽtẽ trãsmittit: vt illa ptẽplet: ex qb⁹ tãqz fontibus
vberrimis sanguis ille pfluxit: z p hoc vz ꝯ inimicũ extraneũ: mũdũ vz q̃ mẽtẽ dispgit p vana desideria: p caducos honores z potẽtat⁹: qb⁹ inherẽs
a xpo sanguinẽ fundẽte elongat. ¶ Demũ accẽdit
cor: z inflãmat affectũ vt bñficio p amorẽ z dilectionẽ iũgat: q̃ nõ nr̃is meritis: sz sua gratuita volũtate sanguinẽ istũ potabilẽ sub spẽbus vini ministrauit: z p hoc vz ꝯ inimicũ pessimũ: diabolũ.s. q̃ mẽtẽ
ab amore xpi reuocat: eãqz facit superbire: vt sicut
ipse supbiẽdo a btitudine corruit: sic z illa ab eadẽ
p supbiã separet. Sic igit laudãs inuocabo dñm
in sũptiõe pciosi hui⁹ calicis z viuifici xpi sanguis
vt saluus fiã ab oib⁹ inimicis meis p dñi singularẽ
ptectionẽ: cui⁹ nomẽ magnificũ cũ laudib⁹ inuoco:
z p virtutẽ sanguis dñi quẽ bibã: p quẽ facti sum⁹ ppinqui dño: q̃ ab eodẽ lõge distabam⁹: dicẽte aplo
Nũc aũt in xpo iesu vos q̃ aliqñ eratis lõge: facti
estis ppe in sanguine xpi. Dũ aũt sacerdos orõnẽ
hãc pferi dicẽs. Calicẽ dñi accipiã. Calicẽ ipm detectũ: facta pri⁹ deuota inclinatiõe: tota cũ deuotione reuerẽter in man⁹ sumit: sumus z oi qua valet
mentis puritate: remotis peregrinis cogitatibus
soli domini sanguinis effusioni in cruce pro se et
toto genere humano facte intentus: ipsum Christi sanguinem preciosum sub vini specie latentem
fideliter z caute vna cum particula sanguini commixta sumat. Hec aut similia animo meditando.
Refice domine iesu animam meam perfecta z electione preciosissimi cibi z potus: vt per eam ad perfectissimam illam regni tui refectionem peruenire
merear: vbi te non iam sub mysteriorum symbolis: sed clare facie ad faciem: et videre et frui
merear in eternum. Sumpto autem calice caute
vt nihil in eo permaneat: Dicit orationem que sequitur.

Sãguis domini nostri ie-
su christi custodiat animã meã in vitam eternam.
Amẽ. ¶ Post orationes quas communioni interseruit sequuntur alie orationes quas sumpte cõmunioni sub vtraqz specie superaddit. Et diuidit
in duo. Nam primo facit orationem sumptionem
sacri sub speciebus vini spãliter respicientem. Secundo addit orationes sacrm sub vtrisqz specieb⁹
sumptum cõcernentes: ibi. Corpus tuum domine
qd sumpsimus. ¶ Circa primum. Sicut post sumptionem corporis facta est oratio pro salute impetranda ex eiusdem corporis manducatione: ita
post potationẽ sanguinis dñi: subiungitur orõ pro

Sãguis salutaris magnificã hz virtutem

Ephe.ij.

salute pcipiēda ex eiusdē sanguinis sumptiōe. Vñ dicit Sctūs dñi: q̄ est fons ⁊ lauacrū nr̄e emūdatiōis ⁊ scīficatiōis: vt dicit Paul⁹. Sanguis dñi: q̄ est p̄ciū nr̄e redēptiōis ac reparatiōis: vt ait Petr⁹ Sāguis dñi nūc a me potat⁹: vt calix bñdictionis. Custodiat: in vite innocētia: ⁊ cordis puritate: ne post ipsi⁹ sumptionē recedā a discipulatu xp̄i: sanguinē istū purissimū p mortalia pctā inhonorādo: sicut fecit iudas p̄ditor post hui⁹ cibi refectionē. et sanguinis potationē: a ɔsortio xp̄i discipulorumq̄ ei⁹ se separādo: quē sumpsit in mysterio: tradidit p vili p̄cio: ipso infeliciter ɔsitēte. Peccaui tradēs sanguinē iustū. Custodiat ab illa pcussiōe ⁊ plaga dñi ne primogenita mea: bona scʒ opa p̄terita p supuenientes malū extinguāt. Sicut olim sanguis figuralis agni pascalis: inmolati postib⁹ ⁊ supliminarib⁹ domoꝝ illi⁹ filios isrl̄ custodiuit ab angelo egyptiorū primogenita pcutiēte. Dignū rebellib⁹ iudiciū dño faciēte. Exod. xij. Custodiat in fortitudine ⁊ robore spūali: vt intrepidus aggrediar v̄tute huius sanguinis ad pugnādū ɔ vitia ⁊ bestias infernales quēadmodū olim elephātes p ostēsionē sanguinis excitabant ad ɔgrediēdū formalr̄ in acie bellica ɔ aduersarios: vt legit̄ .i. Mach. vi. Sequit̄. Animā meā de hoc lacu miserie tribulatiōis. In vitā eternā: sicut p̄res scti de limbo v̄tute hui⁹ sanguinis educti sunt in gaudiū sempiternū zach. teste .ix. Tu vo in sanguine testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo nō erat aqua cōsolatiōis vel salutaris. Perducat inquā ⁊ custodiat me bibētē in vitā eternā: iuxta pmissum saluatoris. Qui manducat meā carnē ⁊ bibit meū sanguinē: hʒ vitā eternam. In hāc em̄ xp̄s p hūc suū ppriū sanguinē semel introiuit eterna redēptiōe inuētā. Et nobis fiduciā ad introeundē p sanguinē eūdē ɔtulit: teste apls. Habētes itaq̄ fratres fiduciā in introitū sctōꝝ p sanguinem xp̄i. Amen.

ad titū. iij
j. pet. p
mat. xxvij
Exo. xij.
zach. ix.
Joan. vi.
Heb. ix.
Heb. x.

Corpus tuum dñe quod

sumpsi: ⁊ sanguis quē potaui: adhereat visceribus meis: ⁊ p̄sta vt in me non remaneat scelerū macula: quē sctā ⁊ pura refecerūt sacra. Qui viuis et regnas de⁹ p oia secula seculoꝝ. Amē. ¶ Post orōnē cōiōnē sacri sub specieb⁹ vini spālr̄ respiciētē: orōnes subdit/cōmunionē eiusdē sacri sub vtraq̄ spē ɔcernētes. Et subdiuidit̄ ptilla in duas: fm duas orōnes. In quarū prima petit p sacri corpis ⁊ sanguinis sumptionē: ab oī pcti macula purgari: qua impediret ab ingressu regni. In scda petit p eādē sibi remediū ɔferri: quo adiuuet ad ɔsecutōeʒ gaudij sempiterni. Petit ergo in prima remoueri mala In scda ɔcedi bona: ibi. Qd oie. ¶ Circa primū dicit. Corp⁹ tuū dñe: verū ⁊ naturale: quod sumpsi sub specieb⁹ panis. Et calix .i. sanguis tu⁹ verus ⁊ ppriu⁹ quē potaui sub specieb⁹ vini de tua benignitate ⁊ clemētia: adhereat viscerib⁹ meis: nō corporalib⁹: q̄ vie sunt supfluitatū post digestionē reiectarū: sʒ viscerib⁹ spūalib⁹: q̄ sunt volūtas ⁊ intellect⁹: q̄ vie sunt vite aīe: cui⁹ spūalis cib⁹ est opatio bona ⁊ meritoria: affectio sctā ⁊ cogitatio munda. His em̄ aīa spūalr̄ nutrit̄ ⁊ vegetat̄. Sūt ⁊ vie p q̄s intrat in aīam cib⁹ ille sacralis: corp⁹ scʒ xp̄i ⁊ sanguis: q̄ cibus sunt aīe: nō corporis: vt dicit Ambr. Nā p intellectū intrāt fm fidē ⁊ cognitionē: p volūtatē fm dilectionē ⁊ deuotionē. His viscerib⁹ potētijs scʒ ⁊ viscerib⁹ aīe: petit sacerdos: vt corp⁹ ⁊ sanguis dñi adhereāt: nō fm subam: vt cibus corporalis adheret stomacho: sed adhereāt p v̄tutē ⁊ efficaciā: causando ⁊ relinquēdo in eis post sumptionē spūalē quādā letitiā ⁊ iocūditatē: vt sic fiat p̄gustatio illi⁹ diuine dulcedinis q̄ in patria deū diligētib⁹ est parata: qua ɔfortat⁹ in via ardēti⁹ ad patriā aspirē: nec q̄si deseri⁹ deficiā aut oberrē. Adhereat ⁊ meis viscerib⁹ aīe corp⁹ tuū o dñe qd sumpsi

Ambro.

vt nō ptrāseat mētē celeriter: quēadmodū q̄dā cibi corporales liquidi trāseūtes p stomachū: nihil nutrimēti ⁊ liquoris post se relinquētes. Sʒ adhereat morā faciēs in aīa: vt cib⁹ solidus ⁊ nutritiu⁹ in stomacho ɔfortās ⁊ corroborās aīam in v̄tutib⁹ ⁊ donis spūalib⁹. Adhereat eisdē viscerib⁹ sanguis tu⁹ p̄ciosissim⁹ quē potaui: nō vt torrēs veloci impetu pcurrēs: ea q̄ tāgit vix sufficiēter humectans sʒ adhereat vt oleū effusuʒ qd vndiq̄ penetrat: vestigiū sue post se pinguedinis diutine derelinques. Sic adhereat vt liquescere faciat aīam in ei⁹ amore: ⁊ spūsancti pinguedinē: diuināq̄ bonitatē diutius post sumptionē pcipere ⁊ sentire. Sequit̄. Et presta: qr nisi tu p̄stiteris. ex nobis id pficere nō possumus: vt in me .i. in viscerib⁹ aīe mee nō remaneat .i. virib⁹ scʒ ⁊ potētijs: post sumptionē ⁊ potationem isti⁹ medicinalis cibi ⁊ potus. Ulla sceleꝝ macula deturpās ⁊ deordinās aīam factā ad superbenedicte trinitatis imaginē: p dona ⁊ bñficia spūalia mirifice exornatā: q̄b⁹ pctm̄ dū inest: aīam priuat. Et p hoc dr̄ ipāʒ maculare: qr ornatū aīe tollit: sicut auferens colorē pulchrū ⁊ viuidū a facie hoīs: ipsam deturpare dr̄: lʒ nihil deformās in faciē introducat. Presta igit̄/orat sacerdos: vt nō remaneat vlla scelerū macula in aīa: quātū ad oēs partes imaginis neq̄ error in intellectu ⁊ rōne: quo obscurat̄ prima pars imaginis: ne in puro ⁊ sincero lumine ɔspicere possit alta ⁊ secreta hui⁹ sacri mysteria. Neq̄ remaneat aliqua culpa ⁊ dei offensa in volūtate: que est alia ps imaginis q̄ sīr p pctm̄ deordinat̄: p quāto p pctm̄ tollit̄ donū charitatis ⁊ grē: q̄ vestis est nuptialis: p cui⁹ carētiā impedit̄ ne charitatiue ⁊ amorose vt debitū est: ferat̄ in deū oīm creatorē: ⁊ et hui⁹ sacri autorē. Neq̄ remaneat aliq̄ pcti macula in memoria: q̄ est tertia ps imaginis: puta obliuio bñficioꝝ dei: p quā aīa retardat̄: ne ex eoꝝ recordatiōe assurgat in laudē dei ⁊ grāꝝ actiōes. ¶ Vl aliter orat sacerdos vt nō remaneat aliqua macula .i. pcti reat⁹ in aīa eiusq̄ potētijs: vt scʒ quiete ab oī obligatiōe ad penā: q̄ obligatio dicit̄ pōt macula: qr ipa existēte in aīa: nequaq̄ admittit̄ ad gaudia btōꝝ: etiā si charitate et grā adornet̄. Necesse q̄dē est oēm pcti penā: qua aīa debitrix tenet̄ ante btitudinis ingressum solutā fore sicut dixit Christus. Nisi efficiamini sicut puuli (q̄ nulli⁹ pene sūt debitores: nec aliq̄b⁹ pctis obnoxij) nō intrabitis in regnū celoꝝ. ¶ Vel (vt dñs Alber. exponit) nō remaneat vlla pcti macula: talis ⁊ tāta: sicut dñs p Ezech. ca. xxiij. dicit de exasperatrice domo isrl̄ q̄ amatores: scilicet demones prescindunt nasum ei aures: et effodiunt oculos: quia priuant animam visu luminis spūalis: ⁊ discretiōe diuine bonitatis ⁊ auditu verborum spūsancti in allocutione cordis. Has autē maculas delet ⁊ pulchritudinem reparat huius sacramenti cibus ⁊ pot⁹ spūalis. Vñ beatus Ambrosius in persona sancte agnetis. Jā corpus (inquit) eius corpori meo sociatū est: et sanguis eius ornauit genas meas. Sic ergo nulla remaneat peccati macula. Quem sancta ⁊ pura refecerunt sacramenta. Pura per priuationem omnis contagionis ⁊ macule peccatorum. Siquidem: corpus ⁊ sanguis Christi: q̄ sunt res huius sacramēti formata sunt de purissimis sanguinibus marie: immediata summi artificis spiritussancti operatione: qui nihil nisi purum efficere potest. Scta omnium virtutū ⁊ gratiarū plenitudine: nedum in se sed etiam causaliter quo ad nos: qr nos sanctificat et gratia ac sanctitate repleti: nam de plenitudine ei⁹ omnes accepimus. Dicitur autē sacramenta pluraliter: licet sit vnum sacramentum vnitate integritatis ⁊ ordinis: vt dictum est .s. lec. liij. ppter diuersitatem signoꝝ: contentoꝝ: et significatoꝝ. Signoꝝ: quia signa sacralia: species scʒ panis ⁊ vini sub quibus verum Christi corpus et sanguis

mat. xviij
Alber.
Ambro.
Joan. j.

stificare em impiũ:est pme grẽ:nõ grẽ supaddite. Nũc aũt per eucharistiã non daẽ pma grã regtr: nisi in casu supradicto:sed grã supaddita iam vi uenti per grãm:quia est cib⁹ viuẽtiũ non mortuo rum. Nec hoc est in pũdictũ nobilitatis huius sa cramẽti:sed magis attestaẽ eius excellẽtie:quia ci bus est tam excellẽs ⁊ nobilis:q non dz dari cani bus:sed tm̃ filijs. Nã qui canis est:indigne sumit: ⁊ in iudicium:⁊ est reus corporis ⁊ sanguinis dñi. Et ideo illi non adijcit grã ex sumptiõe:sed pena. Hec de remissiõe mortaliũ virtute hui⁹ sacri. ¶ De venialib⁹ aũt pctis:q illa remittit satis osten dit magister in.iiij.di.xij.c.viij.allegãs ad h̃ Amb. Si quotiẽs effundit sanguis Christi:in remissio nem pctõꝝ effundit:debeo semp accipe:qui semp pecco:debeo semp hẽre medicinã. Et idẽ dicit lib.ð sacris.q iste cib⁹ quotidian⁹ sumiẽ in remedium q̃tidiane infirmitatis. Quotidie infirmitates sunt pctã venialia. Item Aug. Iteraẽ quotidie hec ob latio:lz Christ⁹ semel sit passus:qr quotidie pecca mus pctis sine q̃bus mortalis infirmitas viuere non põt. Et quia quotidie labimur quotidie xp̃s mystice immolaẽ pro nobis. Dedit em̃ nobis hoc sacrm̃ salutis:vt qr nos quotidie peccam⁹:⁊ ille iã mori non põt:ꝑ hoc sacrm̃ remissionẽ ꝯsequamur. Ad idem dicit Inno. Uenialia delet:⁊ cauet mor talia. Rõnem assignat.b. Tho.in.iiij.scrip.dist.xij. q.v.art.j. Quia virtute hui⁹ sacri fit quedã trãsfor matio hoĩs ad Christũ ꝑ amoris vniõnẽ:⁊ hic est ꝓprius eius effect⁹:⁊ qr ex feruore charitatis pec cata venialia dimittunẽ ꝓpter hoc q dicto feruo ri ꝯtrariãẽ:lz non charitati:ideo ex ꝯsequẽti virtute huius sacri:venialia dimittunẽ. Et põt esse tãtus feruor deuotiõis:q oĩa venialia dimittunẽ:pteri ta.s.⁊ pñtia. Preterita q̃dem semp dimittit:⁊ põt tãtus esse feruor:q actu nõ peccat venialr:q̃uis hoc diu durare nõ possit ꝓpter difficultatẽ vitãdi pctã venialia. Nec est incõueniẽs q homo ꝓ certa hora sit absq̧ omni pctõ etiã veniali. Nã q Io.ait Si dixerim⁹ q pctm̃ non habem⁹ ipsi nos seduci mus:quia nõ vult dicere q ꝓ nulla hora hõ possit esse sine veniali:sed q sancti ⁊ iusti nõ ducũt vitaz istã sine veniali:q̃n sepe ⁊ freq̃nter peccẽt venialr. Non tm̃ semp delet venialia:que actu cõmittunẽ: sed ſm mẽsurã deuotiõis:quia deletio venialium non est ꝓrim⁹ effect⁹ eius:sed quasi ꝯñs aliquod.s. feruorẽ charitatis. Põt em̃ q̃s habẽs in se aliquã delectationẽ in aliqua deordinatiõe veniali:puta in delectatiõe carnali vxoris sue:vel cibo aliq̃ deli cato:aut v̄bo iocoso citra trãsgressionẽ p̄cepti:nõ indigne sumere eucharistiã:⁊ tm̃ tali sumptione il lud pctm̃ veniale quo actu delectaẽ:aut delectari ꝓponit:nõ deleẽ:cũ illud velle sic delectari sit rea liter ipm pctm̃ veniale. Põt aũt virtute sacri cre scere deuotio istĩ:q mutat illũ velle:⁊ magis eligit gaudere in deo:⁊ sacramento sumpto:q̃ in verbo iocoso vxore vel cibo delicato. Et tunc propter fer uorem deuotionis:quem sumptum induxit sacra mentum:dimittitur hmõi veniale. Patet ergo q ꝑ hoc sacramentum nõ semper oĩa venialia dimittun tur. Imo nonnunq̃ venialia impediunt aliquem ef fectum huius sacramenti:sez refectionem spiritua lem actualis dulcedinis. Hec enim impedit si aliq̃s accedit ad hoc sacramentum per pctã venialia mẽ te distract⁹:nõ tm̃ impediũt augmẽtũ gratie habitu alis siue charitatis. Hec Tho.par.iij.q.lxxix.arti. viij. Peccata tm̃ venialia preterita nõ impediunt sz delentur per huius sacramenti susceptionem. Cum em̃ h̃ deleantur per opus charitatis ordinatum ad eoꝝ deletionẽ:vel a deo acceptatũ ad hmõi dele tionẽ opatore nihil ð venialib⁹ pctis cogitãte:mul tomagis hec delet susceptio eucharistie. vñ scribit Bonauẽ.i suo.iiij.dis.xxi.q.ij. Credẽdũ ẽ(inq̃t) q ali q̃ nihil ð pctis suis cogitãte:sz tm̃ passionẽ xp̃i re colẽte in sacro eucharistie pctã venialia:vel oĩa vel aliqua remittanẽ per gratiam sic adiutam:sez sumptione sacramenti. Et oĩa illa siue sacramen ta vt eucharistia ⁊ vnctio ⁊ baptismus:siue sacra mẽtalia:vt aspersio aque:episcopalis benedictio contritio:mĩe exhibitio:orationis dñice deuota oratio:faciunt ad delectionem:nõ per ꝓpriam na turam:sed per ea q̃ gratiã gratũ facientẽ ad hũc actũ adiuuãt ⁊ vigorant. ¶ Ubi queris quõ ad iuuant:Respõdet:dicendũ q in talibus plurimũ est humiliatio ⁊ deuotio:que est actus gratia in formatus repugnans ipsi veniali pctõ:qð feruo rem charitatis ⁊ deuotionis quantũ est in se:di minuit. Uel ea ratione qua est in eis penalitas:q̃ repugnat inordinate delectationi. Uel prout illa pena iuncta est ordini gratie. Tenendum igitur est qð etsi venialia deleanẽ per penitẽtiã:possunt tamẽ per gratiã taliter adiuiã deleri. Nec obest illud magistri dist.xvj.q.iiij.c.viij.dicẽtis:qð ad remissionẽ venialiũ sufficit oratio dñica cum ieiu nio ⁊ eleemosynis:sic tm̃ vt precedat contritio:qr magister nõ determinat precise modum delendi veniale:sed modum perfecte satisfaciẽdi. Nemo autem ꝑfecte satisfacit nisi in corde doleat:quan tũcunq̧ se exterius puniat:et hoc dico vel in ge nerali:vel in speciali. Uenialia aũt non solum per vim penitẽtie:sed etiã alijs modis deleri põssunt vt tactum est. Hec Bonauen. ¶ Quid autem in veniali trãseunte actu deleatur:an reatus culpe an reatus pene:alterius inquisitionis opus est. Potest tm̃ dici qð omnino reatus culpe deletur: et reatus pene in toto vel in parte. ¶ Tertius effectus est inflammare seu accendere mẽtem in eo qð est dominice passionis memoriale. Super oĩa quippe ad dei amorẽ accendit dñice passiõis tanq̃ summi nobis exhibiti memoria beneficij. Nã vt hãc in nobis accenderet dilectionẽ:dñs et carnem sumere:et mortẽ subire dignatus est. De quo beatus Augu.in de cathecizandis rudibus ait. Que maior causa est aduent⁹ dñi:nisi vt ostẽ deret deus dilectionem suã in nobis commẽdãs eam vehementer. Qr cum adhuc inimici essem⁹: christus pro nobis mortu⁹ est. Et sequitur. Ma xime propter hoc christus aduenit:vt cognoscat homo quantum eum diligat deus. Et ideo co gnosceret:vt in eius dilectionem qua prior dile ctus est: ira desceret. Et beatus Gregorius secũ do moral.c.xviij. Mediator inquit dei et homi num posset nobis etiam non moriendo succur rere : subuenire tamen moriendo hominibus voluit : quia nos videlicet minus amasset: nisi et vulnera nr̃a susciperet. Nec vim nobis sue dilectio nis ostẽderet:nisi hoc qð a nobis tolleret ad tp̃s ipse sustineret. ⁊ .b. Ber. Sufficeret(inq̃t)ad redẽ ptionẽ orbis vna p̄ciosissimi sanguinis xp̃i gutta: sed data est copia:vt virt⁹ diligẽtis in bñficij redũ dãtia clarescereẽ. ¶ Fuit aũt hec diuine charitatis ostẽsio nobis valde necessaria:vt ꝑ hoc ad dilectio nem dei accẽderemur. Cũ em̃ dñs decreuit nullũ beatificare nisi dilectiõe adhereret Christo redẽ ptori:teste aplo quẽ diligebat Iesus. Qui non di ligit:manet in morte. Et Paulo. Si linguis hoim loquar ⁊c. charitatẽ non habuero:nihil mihi pro dest. Per nullũ aũt aliũ modũ ita voluñtas nr̃a ad dei amorẽ aliter potuit:⁊ accẽdi:sicut ꝑ ostensionẽ tãte sue dilectiõis p̄ute nullis nr̃is p̄cedẽtib⁹ meri tis debite. De quo.b. Aug.xiij.de tri.c.x. late ⁊ pul chre loquiẽ. Quid em̃ ait:tã necessariũ fuit ad eri gẽdã spem nostrã:mẽtesq̧ mortaliũ cõditiõe ipsi⁹ mortalitatis abiectas:ab immortalitatis despera tione liberãdas:q̃ vt demõstrareẽ nobis q̃ti nos pẽderet de⁹:q̃tũ q̧ diligeret. Quid v̄o hui⁹ rei tã to iudicio isto manifesti⁹ atq̧ p̄clari⁹:q̃ vt dei fili⁹ immutabilr bon⁹:in se manẽs qð erat:⁊ a nobis ꝑ

1. Cor.xj

De ꝯse.di stin.ij.si q̃ tiẽs.

Ea.dist.c. iterũ sub figura.

Ibidez.c. q̃d sit san guis.

1.Jo.iij.

Bonauẽ.

Augu.

nobis accipiēs qd̄ non erat:preter sue nature de-
trimē̄tū:nostrū dignat⁹ est mire ꝯsortiū. Pti⁹ si-
ne vllo malo suo merito mala nr̄a pferret. Ac ināt
credentib⁹ quātū diligeret nos de⁹. Et qd̄ despe-
rabam⁹:iā sperātib⁹:dona i nos sua sine vllis bo-
nis meritis nr̄is:imo p̄cedentib⁹ ⁊ malis nr̄is me
ritis in debita largitate cōferret. Et idē de cathe.
ru. postq̄ dixerat hāc maiorē cām esse aduēt⁹ dn̄i:
vt ondēderet de⁹ dilectionē suā nobis:cām hui⁹ ostē
sionis subinfert. Hoc aūt inquit ideo:qꝛ finis pce-
pti ⁊ plenitudo legis charitas est:vt ⁊ nos inuicē
diligam⁹:⁊ ipsum deū qui prior dilexit nos:⁊ filio
suo vnigenito nō pepcit:sꝫ p nobis tradidit illū:si
amare pigebat:saltē redamare nō pigeat. Nulla
est em̄ ad amorē maior inuitatio:quā p̄uenire amā
do. Et nimis dur⁹ est anim⁹:q̄ dilectionē etsi nō li-
beat impēdere:nolit ⁊ rependere. Etsi etiā supiores
velint se ab inferiorib⁹ diligi:quāto amore inar-
descet inferior:cū a supiore se diligi senserit. Ibi
em̄ gratior amor est:vbi nō estuat indigētie sicci-
tate:sꝫ vbertate bn̄ficētie pfluit. Quid aūt supius
deo indicāte? Et qd̄ desperati⁹ hoīe peccāte? Hu-
ius ꝙ passiōis:hui⁹ inestiabilis dilectiōis memo-
riale ppetuū ac nobilissimū dedit nobis dn̄s cor-
pus suū ⁊ sanguinē in sacrm̄ cibi ⁊ pot⁹:in quo nō
minus nobis bn̄ficiū ondit:q̄ in ipsa sua passione
memorāda. Quis nō stupeat? q̄s nō mireť tā incō
prehēsibilē dilectionē? Cui nō satis fuit seipm̄ no
bis impēdere in redēptiōis p̄ciū:nisi etiā se daret
in cibū i memoriale ppetuū. Memoriale inquā nō
min⁹ re ipsa memorāda. Sꝫ ad ipm̄:vt non defice
ret i nobis vicarij amoris incēdiū:vt vel sic a sum
mo celo egressio ei⁹ ad nos in hoc sacro:⁊ occurs⁹
ei⁹ vsq̄ ad summū ei⁹ nos secū traducēdo ad cele
stia nō inuenirenť inter hui⁹ sacri dignos pcepto
res q̄ se abscōderēt a calore ei⁹. ¶ V Hinc fructū se
quiť quart⁹:data scꝫ patiētia. In eo siqdē q: sacrm̄
illō memoriale ē patiētie dn̄i summā nobis i sua
passiōe patiētiā exēplātis:nos ad tāte exēplū pa-
tiētie instruit ⁊ ꝯfortat. Patiētie vtiq̄ nobis valde
necessarie:teste aplo. Patiētia vobꝭ necessaria est:
vt voluntatē dei faciētes:reportetis pmissionē.i.
vitā pmissam p̄z gl. Nimirū:qꝛ in patiētia vestra

Heb.x.

possidebitis aīas vr̄as:ait saluator. Hinc Petrus
ad clarissimū patiētie exēplū nos dirigēs ait. Hec
est grā apud deū:scꝫ vt patiamini. Glo. In hoc em̄

Luce.xxj.
i.Pe.ij.

vocati estis. Qꝛ xp̄s pass⁹ est p nobis:vobis relin
quens exēplū vt sequamini vestigia ei⁹. Qui pec-
catū nō fecit:nec inuēt⁹ est dol⁹ in ore ei⁹. Qui cū
malediceref nō maledicebat:cū pateref nō ꝯmina
bať. Tradebat aūt iudicāti se iniuste. Qui pctā no
stra ipse ptulit in corpe suo sup lignū:vt peccatis
mortui:iusticie viuam⁹:cuius liuore sanati estis.
Eratis em̄ sicut oues errātes:sꝫ ꝯuersi estis nunc
ad pastorē ⁊ ep̄m aīarū vestrarꝫ. Pastorē illū q̄ po
suit aīam suā p ouib⁹ suis. Magnū patiētie exē-
plū:qd̄ rememoratū sufficit oēs impatiētie nostre
mot⁹ sedare Quis em̄ tā iniust⁹· q̄s tā delicat⁹:vt p
impatiētiā refugiat aut remurmuret p pctis pro
prijs pati:cū dn̄m suū:caput suū:tāta passum re-

Bernar.

cogitat p pctis ipsi suo dn̄o alienis? Pudeat inq̄t
Bern̄. sub spinato capite mēbrū fieri delicatū. Hic
⁊ apl̄s paul⁹ patiētiā i nobis plātare satagēs:ad
idē xp̄i exēplū in nr̄o sacro ꝯtēti ⁊ significati mit-
tit:ad Heb.xij. ita docēs. Deponētes oē pond⁹:⁊
circūstās nos pctm̄:p patiētiā curram⁹ ad ppositū
tū nobis certamē:aspiciētes in autorē fidei ⁊ con-
summatorē iesum:q̄ pposito sibi gaudio sustinuit

August.

crucē:ꝯfusiōe ꝯtēpta:atq̄ in dextera sedis dei se-
det. Que ponēs btūs Aug. in gl. ibidē. Oia inquit
terrena bona ꝯtēpsit christ⁹:vt in illis non q̄rereť
felicitas. Oia terrena mala sustinuit:vt i his nō ti
mereť infelicitas. Nat⁹ em̄ de mr̄e:q̄ quāuis a viro
itacta ꝯceperit:sꝫ itacta pmāserit:fabro tn̄ despō-
sata fuit:in q̄ ⁊ oīs carnalis nobilitatꝭ tumorē ex-
tinxit. Nat⁹ est ēt in ciuitate bethleē:q̄ inť oēs iu
de ciuitates erat exigua. Noluit igiť quēq̄ de ter
rene ciuitatꝭ sublimitate gl'iari. Paup ēt fact⁹ est:
cui⁹ sunt oīa:ne de terrenis diuitijs q̄sq̄ extolle-
reť. Noluit rex ab hoīb⁹ fieri:qꝛ hūilitatꝭ viā ondē
rat miseris. Esuriuit q̄ oēs pascit. Sitiuit q̄ ē fons
sitiētiū. Fatigat⁹ ex itinere:q̄ viā fecit nobis i celū
Obmutuit ⁊ obsurduit p quē mut⁹ locut⁹ ē:⁊ sur-
dus audiuit. Vinct⁹ ē q̄ infirmitatū vīcula soluit.
Mortu⁹ est q̄ mortuū suscitauit. Amorē itaq̄ eius
sifiapatiamur:tūc ei lex iplebiť:cū n cupiditate re
rū tp̄alium:sꝫ charitate illi⁹ q̄ p̄cipit fiunt q̄cūq̄ p̄ce

Heb.xij.

pit. Hec Aug. Et qdē flagella euadere n possum⁹
si filij eē volum⁹. Qd̄ em̄ diligit de⁹:castigat:flagel

August.

lat aūt oēz filiū quē recipit. Que tractās Aug. Oēz
filiū ēt ait vnicū sine pctō. Et subdit. Except⁹ eo a
passiōe flagellorꝫ:except⁹ eo a nūero filiorꝫ. Vnic⁹
ille de p̄ris substātia nat⁹:equalis p̄ri i forma dei
vbū q̄ facta sunt oīa:non habebat vbi flagellareť.
Ad hoc aūt carne idut⁹ est vt sine flagello nō eēt.
Qui flagellat vnicū sine pctō:relinq̄t adoptatū q̄
est cū pctō. Vnic⁹ sine pctō nō tn̄ sine flagello exē-
plū nobis pposuit i passiōib⁹ suis. Nō ꝙ turbari
debem⁹ cū aliq̄s sctūs grauia ⁊ indigna ppetitur:
si obliti nō sum⁹ q̄ ptulerit iust⁹ iustorꝫ sctūsq̄ sctō
rū. Ecce nihil ita i nobis patiētiā gignit. sicut me-
moria patiētissime passiōis dn̄ice nobis in exēplū
p̄mōstrate Manifestū ē eucharistia eiusdē passiōis
memoriale efficacissimū:patiētiam vtute ppria ⁊
memorialis signi efficacia:opari:i his q̄ digne su-
scipiūt ⁊ deuote.   ¶ Lec.lxxxvi.   B

Dixrimus aliq̄d de fructibus eucharistie ꝯsidera
te in ordine ad xp̄m in ea vere cōtē-
tū:eiusq̄ passionē:cui⁹ est memoria
le a xp̄o institutū: Dicam⁹ breuiter
de reliq̄s supra notatis ei⁹ fructib⁹
fm̄ alias eucharistie ꝯsideratiōes. Ergo quintus
fruct⁹ est qꝛ nutriēdo alterat:cibatū vcꝫ ꝯuertēdo
in se cibū. Et hic sequiť eucharistie sumptionē:iquā
tū est cib⁹ ⁊ pot⁹ aīe spūalis. Hic qꝛ cib⁹ est nutrit
suscipientē. Spūaliter qdē spm̄:sicut corporaliter
cib⁹ carnis:corp⁹. Longe tn̄ aliter ⁊ excellenti⁹ ci-
bat ⁊ nutrit cib⁹ ille aīam. Cibat em̄ vtute celesti
excellēter vincens cibatū:⁊ ipsum ꝯuertēs in se ci
bū Neq̄ est cib⁹ ille terren⁹ sꝫ celestis:celesti vtu
te nutriēs:nobilior omni vtute humana. Vn̄ dici
tur. Nō moyses dedit vobis panē de celo:sed pa-
ter me⁹ dat vobis panē de celo verū. Et iterū. Hic

Joan.vi.

est panis q̄ de celo descendit. Hac celesti immo su
percelesti:⁊ diuina vtute vicit cibatū:se scꝫ digne
suscipiētē:⁊ ꝯuertit in seipsum. Cui⁹ rōnē Alber.

Albertus

lib.ij. de offi. misse reddit di. Hui⁹ rō est. Qꝛ cibus
carnis a corpe nostro accipit cibādi ptātē:scꝫ ab
aīa cibatiua seu nutritiua:q̄ ipsam alterat:⁊ ꝯuer
tit in corpis cibati similitudinē. Et qꝛ corp⁹ cibatum
corruptibile est ⁊ dissolubile ideo cibus in ipso cor
pore corrumpitur ⁊ dissoluitur:⁊ vtrūq̄ cibus et
corpus ad putredinē redigūtur. Hoc aūt corpus
diuinū si in nos mutareť:nihil nobis pficeret:sed
nobiscū periret. Qm̄ autē vtus eius nostrā vincit
infirmitatē:⁊ nos in se ꝯmutat:opꝫ qꝛ nostra infir-
mitas i suā trāseat diuinā virtute:⁊ sic firmamur
⁊ perire non possum⁹ ab ipso firmati in eternum.
Hinc btūs Augu. refert ad se dictū lib.vij. confes.
sionū. Cib⁹ sum grādiū:cresce ⁊ manducabis me:
nō tu me in te mutabis sicut cibū carnis tue:sꝫ tu
mutaberis in me. Cui nō dissonat illō saluatoris.

Joan.xij.

Oia trahā ad meipsum. Sicut em̄ in vnā personā
assumpsit naturā humanā:nō ꝯsumens eā in seip
so:sꝫ vnitatē psone traxit:vt in ipo esse diuinū pci
peret:sic ꝯuertit nos ad se:nō ꝯsumēdo:sꝫ vt esse
vū diuinū in sui sumptiōe perciperem⁹. Sic orat Cass.i.

sponsa. Trahe me post te: vt in esse tuo te virtute feliciter sim: q̄ mihi displiceo in meipsa. Hui⁹ cibi virtutē sensit ap̄ls cū dixit. Viuo aūt t̄m nō ego: viuit vero in me xp̄s. Hec ergo est ꝯuersio alterās mā

Gal. ij.

ducātē q̄ ꝯuertit̄ in xp̄m quē mādūcat: q2 ṽtutē accipit a xp̄o mādūcato: p̄ quā iā nō viuit ſm carnē: sed viuit ſm xp̄m. Hac em̄ sumptiōe incorporat̄ sumens xp̄o: de qua incorporatiōe loquit̄ ap̄ls. Vos

i. Cor. xij.

estis corp⁹ xp̄i: ⁊ mēbrū de mēbro. i. mēbra estis spiritualia xp̄i de mēbro capite qd̄ est xp̄s: q̄ vobis infinit hāc ṽtutē: q̄ vos in ip̄m ꝯuertit: vt mēbra ei⁹ efficiamini. Null⁹ inuenit̄ illapsus intimior in corporalib⁹: q̄ vt cib⁹ ꝯuertat̄ in cibatū. Manet em̄ iā nō in se: sed in cibato. Viuit vita ei⁹ non sua. Sic in sumptiōe hui⁹ cibi fit ꝯuersio: ⁊ illapsus intimus: qa cibus xp̄s illabit̄ anime sumētis: ipsamq̄ conuertit in se: vt anima nō sibi viuat sed xp̄o. Hoc est

Joan. vj.

qd̄ xp̄s ipse ait. Qui manducat meā carnē: et bibit meū sanguinē: in me manet ⁊ ego in illo. Hāc ꝯuersionē aīe in xp̄m figurat ipsa ꝯuersio panis in xp̄i carnē: sed ordine ꝯuerso. Sicut ⁊ nutritio corporalis sp̄ualē representat ꝯuerso ordine: cū ibi cib⁹ in cibatū: hic cibatus ꝯuertit̄ in cibū. Nā in ꝯsecratione eucharistie fit trāsformatio seu ꝯuersio panis i essentia sua remanētib⁹ accidētib⁹. In sumptione vō mens in deū trāsformat̄: remanet q̄dē essentia mētis: q̄ est aīa: s3 accidētia noua succedūt: nō phātastica: inania mūdana: s3 deiformia. Et id̄ sicut de hoīb⁹ voluptuosis ⁊ brutalib⁹ ꝯcludit ph̄ia apud Boetiū: q̄ deformat̄ in bestias. Ita de sapiētib⁹ elicit: q̄ trāsformant̄ in deū. Vere sapiētes sunt hunc cibū mādūcātes: saporē ei⁹ ꝑcipiūt. Sicut ergo primi belue sunt: aūt pecora in effigie humana ita de

Luc. x.

secundis dici potest qd̄ sunt sub humana specie trāsformati. ¶ B Sextus fruct⁹ est deꝑditi restauratio: q̄ ⁊ ipse sequit̄ sumptionē eucharistie vt est cibus a nobis mādūcat⁹. Vita sp̄ualis aīe suo mō sicut corporalis ꝯseruat̄ in calido ⁊ humido debite cōmēsuratis. Vita dico scd̄a: q̄ ꝯsistit in actiōe: prenitēs a vita p̄ma. Sicut em̄ nō ꝑditur vita essentialis aīe: q2 incorruptibilis: ita nec restaurat̄. Vicē calidi tenet charitas: intelligēdo sub noīe charitatis ei⁹ feruorē i agēdo. Vicē humidi quasi passiuā accipim⁹ affectionē bonā volūtatis. Vita em̄ anime xp̄iane vita amoris est. Amor tu⁹ vita tua: loq̄tur ad animā suā Hugo. Amorē intelligo nō cuiuscūq̄: s3 dei. Nā amor aduersus: q̄ libido d̄r siue cupiditas: nō vita: s3 mors dicēdus est. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo iubet de⁹. Subiūgit huius amoris effectū: ⁊ viues. Crescēte vō libidine siue cupiditate: minuit̄ ⁊ obtūdit̄ actu⁹ feruor charitatis etiā si habit⁹ ꝑmaneat. Iterū minuit̄ feruor ille charitatis ⁊ tepescit p̄ lōgā inediā: sicut corporis vires euanescūt p̄ lōgā abstinētiā: dū cibo nō resicit̄. Illo aūt salutari eucharistie cibo fit deꝑditi huius restauratio. Nā de eo d̄r in cātico ṽginis. Esurientes impleuit bonis: p̄ q̄ reuertunt̄ pristine vires

Ps. xxxiij.

⁊ hō reuertit̄ ad statū debitū ⁊ vigorē. Nam digne sumpt⁹ illuminat intellectū: affectū inflāmat: mētē delectat: ⁊ totū hoīem ad bene operādū ꝓmouet ⁊ reformat. Hinc regius ꝓpheta. Accedite ad eum ⁊

Esa. vij.

illuminamini. Auget em̄ fidē corp̄alis p̄ñtia xp̄i in digne sumēte: dū hoc fidelr̄ credit: ad q̄ rō naturalis nō ꝑtingit. Hinc d̄r Esa. vij. Butyrū ⁊ mel mādūcabit oīs hō q̄ relict⁹ fuerit in medio terre vt sciat reprobare malū ⁊ eligere bonū. Mel diuinitatem: butyrū humanitatē xp̄i significat: q̄ qui mādūcat: sciētiā acquirit reprobādi malū. ⁊ eligēdi bonum. Hoc quoad primū. De scd̄o dicit Dam. Caro xp̄i ē

Damasc.

tāq̄ carbo ignit⁹ cui⁹ est inflammare ⁊ calefacere. Quisnā ad amorē nō excitat̄: dū tāq̄ edulīū sumit xp̄m q̄ ex ineffabili charitate se ꝓ nobis in ara crucis obtulit: ⁊ in cibū se nobis ꝯtribuit cū deuotione sumit? Sicut ergo ad p̄ñtiā carbonis igniti expellit̄ frig⁹: ⁊ corp⁹ calet: sic ad p̄ñtiā xp̄i fugat̄ frigiditas tepor aīe: ⁊ igne diuini amoris ipsa inflāmat̄. De tertio d̄r in ps. statim allegato. Gustate ⁊ videte: q̄m suauis est dn̄s. Et ecclīa canit de hoc sacr̄o O q̄ suauis est dn̄e sp̄us tu⁹: q̄ vt dulcedinē tuā in filios demōstrares: pane suauissimo de celo p̄stito

Sap. xvj.

esurientes replēs bonis: fastidiosos diuites dimittis inanes. Eapropter figurat⁹ est in māna: vt supra habitū est. Vn̄ ⁊ de eo veri⁹ d̄r id qd̄ de manna ad literā scriptū est. Angelorū esca nutriuisti pp̄lm tuū: ⁊ paratū panē de celo p̄stitisti illis sine labore oē delectamētū in se h̄ntē: ⁊ oīs saporis suauitatē. Sub̄am em̄ tuā quā in filios habes / ostēdebas: ⁊ deseruiēs vniuscuiusq̄ volūtati: ad qd̄ quisq̄ volebat: ꝯuertebat̄. Glo. Māna significat panē q̄ de celo descēdit: ⁊ dat vitā mūdo: q̄ ait. Panis quē ego dedero: caro mea est ꝓ mūdi vita. Cruciant̄ reprobi sp̄ualī fame: ⁊ satiant̄ electi celesti pane. Illi diuersis laborib⁹ ꝑparant̄ ad penam: isti diuina ope quotidie nutriunt̄ ad vitā. Sua ergo delectatiōe cibus ille celestis restaurat ṽtutē operādi. Nā delectatio in ope ꝯseruat operātē: qd̄ fuit t̄tiū. ¶ C

Augu.

Sequētes duos fruct⁹: vnionis sc3 ⁊ cōionis: parit hoc celeste edulīū ꝯsideratū: vt sacr̄m: nā vt d̄r Augu. sup Joānē. Dn̄s nr̄ Iesus xp̄s corp⁹ ⁊ sanguinē suū in eis reb⁹ cōmēdauit: q̄ ad vnū aliq̄d rediguntur. Ex multis naq̄ granis vn⁹ panis ꝯficitur: ⁊ ex multis racemis vinū cōfluit. Ad hoc igitur sub sp̄e panis ⁊ vini dn̄s sacr̄m instituit: vt vnionē hoīs cū deo significaret p̄ panē ⁊ vinū: q̄ ex multis in vnū

Cor. iij.

collecti sunt. Vn̄ ⁊ sacr̄m vnitatis d̄r: nō t̄m q2 vnionē hāc significat: sed etiā q2 eā efficit. Tribuit em̄ suscipiētib⁹ charitatē: aūt p̄habitā augmētat: que vinculū est hui⁹ vnionis ⁊ ꝑfectiōis Vn̄ charitas d̄r quasi chara vnitas. Est ergo sacr̄m illud: sacr̄m charitatis: q2 maxima charitate est exhibitū: ⁊ qua charitate dixit. Prouer. viij. Delitie mee esse cū filijs hoīm. Ac p̄ hoc est sacr̄m vnitatis siue vnionis

Prouer. viij.

Voluit em̄ xp̄s (vt d̄r Aug.) vt hō p̄ticipās huic cene i deū ascēderet ⁊ incorpar⁹ sibi efficeret̄: p̄ticepsq̄ sue diuinitatis et hūanitatis: sicut ṽbū prius i carne descenderat: et factum est omnium particeps: que vere sunt nostre humanitatis. Et hoc ipsum fuit maxime charitasis. Hic autem ascensus in verbum patris per incorporationem directe fit per sacramenti istius participationem. Unde et apo-

i. Cor. x.

stolus. Unus panis: et vnum corpus multi sumus omnes qui de vno pane: et de vno calice participamus. Et glossa super illud. Et verbum caro factum

ij. Jo. j.

est: ⁊ habitauit in nobis: dicit. Ut secure credātur homines nasci ex deo. Hoc em̄ premisit: qui nō ex sanguinib⁹ nec ex volūtate carnis: nec ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt: subdit deum nasci ex homine. Ex hac susceptione infirmitatis: qua verbū nostram infirmitatem assumpsit: sanatur nostra infirmitas: vt possim⁹ dū vel filū dei fieri. Et hoc est. Et verbum caro factum est: ⁊ habitauit in nobis: ac si dicat. Qd̄ superius fuerat: inferius descenderat: quid mirū si qd̄ inferius erat in id quod superius est ascendit. Ex hac ergo charitate vniente deū cū homine: ⁊ cū deo hominem: dicit̄ sacramentum charitatis ⁊ vnitatis. Et ideo non nisi in charitate ecclesiastice vnitatis cena hec sumenda est. Quod egregie signatū est Exod. xxv. ⁊ Leui. xxiiij. vbi dicit̄: q̄ panes ꝓpositionis qui in mēsa singulis sabbatis ponebātur: calidi corā dn̄o proponebantur. Hoc signāte spiritusancto: q̄ panis sacramenti noui: qui in mēsa altaris cūctis fidelib⁹ proponit̄ sumēdus: in calore charitatis debeat sumi. In mēsa altaris ecclesie: de quo solo licet communionē accipere: q2 extra ecclesiam panis cōmunio

Ps. lxxxiij.

nis ad salutē nō inuenitur. sicut dicit̄ in ps. lxxxiij. Passer inuenit sibi domū: ⁊ turtur nidū vbi reponat pullos suos. Altaria tua dn̄e virtutum rex me⁹ et

deus meus. Beati qui habitant in domo tua domine. Que exponit Alb. nō penit⁹ difformiter ad glosam. Passer mobilis secularib⁹ negotijs continue motū fidelē sigt̄ laicū. Turtur aūt castus: gemēs p̄ cātu: clericū sigt̄: castitatis ⁊ mūdicie officijs mācipatū: p̄ suis ⁊ aliorum pctis gemētē. Hi pullos quod nutriūt carnales filios vl̄ spūales nō nisi ad altare ecclie portāt: pane sacr̄i nutriēdos: sciētes q̄ btī sunt q̄ habitāt in domo dn̄i: q̄ est ecclesia. Alij aūt miseri ⁊ abiecti ꝯuēticula faciūt hereticoꝝ. Solū em̄: vt dictū est: in charitate ecclesiastice vnitatis accipi dꝫ hoc sacr̄m: nō apō schismaticos vel hereticos. Hinc in ps. de ascēdētib⁹ ad pascalis agni celebrationē dr̄. Hierl'm q̄ edificat̄ vt ciuitas: cui⁹ participatio ei⁹ in idipm̄. Illuc eñ ascēderūt trib⁹ trib⁹ dn̄i testimoniū isrl̄: ad ꝯfitēdū noi dn̄i. Ecclesia em̄ p̄ hierl'm visionē pacis designat̄: q̄ vt ciuitas .i. ciuiū vnitas edificat̄. Hui⁹ ecclesie participatio est in idipsum vnitatis ecclesie sacr̄m: q̄ ecclesia vnita corp⁹ xp̄i tā mysticū: q̄ verū ex multis mēbris cōpositū sub speciēb⁹ panis ⁊ vini ꝯtētū ⁊ signatū rep̄sentat: qm̄ ⁊ ipsa fideliū ecclesia ex multis mēbris vna ꝯstat: diuersis q̄dē officijs: sꝫ in vnitate fidei ⁊ charitatis sacroꝝ ac spūs adunatis: vt tāgit apl̄s .i. Cor. xij. ⁊ Eph. iiij. Ubi annumeratiōī diuersoꝝ statuū ecclie .s. apostolōꝝ euāgelistaꝝ: pastoꝝ: doctoꝝ: p̄misit. Unū corp⁹ ⁊ vn⁹ spūs: sicut vocati estis in vna spe vocatiōis vestre. Un⁹ dn̄s: vna fides: vnū baptisma. Unus de⁹ ⁊ pr̄ oīm q̄ sup̄ oēs: ⁊ p̄ oīa ⁊ in oīb⁹ nobis. Hāc vnionē ⁊ corporis ac mēbroꝝ cū capite xp̄o: sacr̄m hoc ⁊ significat ⁊ efficit. Hinc em̄ in primitiua ecclesia dū fideles oēs dieb⁹ singulis eucharistiam participarūt. Erat multitudinis credētiū cor vnū ⁊ aīa vna. Act. iiij. ¶ D Aliter celestis edulij fruct⁹ vt sacr̄m: ꝯsiderat̄ in ordine octau⁹: est cōio. Nāꝫ olim ore fideliū sacr̄m hoc cōio vocitat̄. A grecis etiā doctorib⁹ scīā synaxeos: q̄ sanctā cōmunionē significat: appellat̄. Hoc em̄ facit in nobis cōmunionē oīs boni ⁊ grē. Nā p̄ ip̄m cōicam⁹ fonti oīs gratie: angeloꝝ glorie scīoꝝ meritis: passionibus mystici corporis. Si q̄dē oīa facit cōia diuina pariter ⁊ humana. Cōicam⁹ in hoc sacr̄o fonti oīs gratie: q̄ cōicam⁹ xp̄o: sic vt ipse sit in nobis: ⁊ nos in ipso: vt oīa sua insinuat nobis. Hic fons est cui⁹ aq̄ foris deriuant̄: ac in plateis diuidunt̄. In hoc fonte mire sūt vene iugib⁹ grarū aquis manātes: q̄s pr̄ in hoc sacr̄o totas in cōione ecclesie tā triūphātis q̄ militātis p̄cipit deriuari: vt relegata inuidia priuate possessionis: gratiarum que sunt in filio per quem veritas ⁊ gratia facta est: omnes in communione participes bonorum eius fiant: et plateis late participatiōis bonū filij oēs: participēt. Hic fons de quo mystice scribit̄ in lib. Hester. Fons paru⁹ creuit in fluuiū maximū: ⁊ in aquas plurimas redūdauit. Paru⁹ em̄ fons dr̄ xp̄s i hoc sacr̄o: nō ariditate ⁊ fluxus gratiarū paruitate: sꝫ humilitate: q̄ quāto p̄fundior: tāto plures ꝯtinet aquas grarū. Hic fons sꝫ multis effusionib⁹ redūdet in donis: p̄cetib⁹ ⁊ sacr̄is tñ se in vnū colligēs in sacr̄o cōionis: creuit in fluuiū maximū. Ex isto vno fluēs totū: qō in alijs fluit diuisum. Hic redūdat in aquas plurimas oīs gn̄is graꝝ. Hic em̄ est est fons vite fluēs ea q̄ vitā p̄ficiūt. Nā. Qui biberit ex hac aqua: fiet in eo fons saliens in vitā eternā. Jo. iiij. ¶ E In isto fonte q̄ in fluuiū maximū creuit: cōmoditates fluuioꝝ sunt. Nā sordida lauat: arida rigat: q̄ apō nos sūt: nauib⁹ deportat: vt vbi rara sunt: magno cōmutent̄ p̄cio. Et ea q̄ alibi abūdāt: ⁊ apud nos deficiūt: reuehit: vt defect⁹ nr̄i ex illis suppleant̄. Oīa hec facit xp̄s in hoc sacr̄o. Nā grā sanguis sui lauat sordes pctōꝝ: vt supra dictū est. Dilexit em̄ nos ⁊ lauit nos a pctis nr̄is in sanguine suo. qui certissime opat̄ i hoc sacr̄o. Rigat arida nostra. Exiuit em̄ de latere xp̄i i hoc sacr̄o sumpti aqua expiās ⁊ rigās oīa nostra: vt plāte diuine in nobis ꝯualescāt. De hoc fonte accipi pōt illud. Fōs de domo dn̄i egrediet̄: ⁊ irrigabit torrētē spinarū. Qō exponēs Alber. loco frequēter allegato Dom⁹ dn̄i: hoc est deitatis habitaculū: est corpus dn̄i a quo fons flux⁹ violētissimi egredit̄: ⁊ irrigat totū torrētē vanitatis mūdi: hoc est locū p̄ quē vanitas mūdi ꝯsueuit aīi decurrere ad spinas pctōrū nutriēdas: de quo clamat Aug. O torrēs vanitatis: quousq̄ nō siccaberis: quousq̄ inūdaberis. Hoc aūt fluxu dn̄ice grē exiccatis spinis: mō rigatur cor sumētis ad fecūditatē frugū iustitie ⁊ aromatū oīm v̄tutū. Euehit etiā hic torrēs gratiarū apud nos abūdātiā: vtvbi deficiūt: magno precio cōmutent̄: q̄ sunt paupis spūs gemit⁹ p̄ pctis: fletus: ieiuniū: afflictiōes ⁊ castigatiōes corporis: q̄ apud nos abūdāt: ⁊ in celis deficiūt: sꝫ ibi cōmutātur: q̄ ibi nobis magna boꝝ p̄cia tribuunt̄. Nauis aūt hec portās dn̄icū corp⁹ est: cui p̄ hoc sacr̄ꝫ incorporamur. Hodie ascēdēs in celū nobis locuꝫ p̄parat: vt iterū veniēs accipiat nos ad seip̄m i celū: vbi mercedes suas nobis dabit p̄ tp̄alib⁹ eterna: p̄ miseria btitudinē: p̄ paupertate diuitias p̄ laborib⁹ castigatiōib⁹ ⁊ afflictiōib⁹ gaudiū ⁊ requiē sine fine. Hinc Eccle. xi. Mitte panē tuū sup̄ trāseūtes aquas: ⁊ post multa tp̄a inuenies eū: q̄ fluxu lōgo aque iste redeūt: ⁊ icōparabiles diuitias reportāt. Hoc em̄ agit fluxus grē: q̄ fluit a xp̄o: q̄ dat gratiā vñ mereri possum⁹ Et iterum reuehit meritū in deū: vt supabūdāti p̄mio meritū nostrū cōmutet. Hoc q̄dē facit: dū p̄ hui⁹ sacr̄i sumptionē meritū nostrū suo merito ꝯiūgit: ⁊ ita ad patrē vehit. Nullum enim foret nostrum meritum: si non per Christi meritū fieret p̄mio dignū. Exper hoc q̄ in nobis deficiūt ⁊ in celis abūdāt: gaudiū scilꝫ cordis: ipsūs ꝯsolationē ac dulcedinē gust⁹ diuinorū reportat. Vñ in laudē ecclesie Prouer. vlti. dr̄. Facta est quasi nauis institoris: de lōge portans panē suū. Ecclesia em̄ facta est nauis institoris: q̄ gubernatiōe scīi spūs mēs nostra in celū nauigat: ⁊ deinde panis nos in dulcedine delectātis refectionē reportat. ¶ Has ergo quatuor vtilissimas cōmutatiōes opat̄ in nobis fons misericordie xp̄s cū ei in sacr̄o cōmunicamur. Sordes nostre lauātur ⁊ defluūt. Arida nostra rigant̄: ⁊ fecūda fiunt. Labores nostri ad ip̄m referunt̄: q̄ sua merita p̄mio dignos efficiūt. Delitie celestes nobis aducunt̄: q̄ oīa nostra in dulcedinē vertūt. Hinc dicit saluator. Qui credit in me: flumina de ventre ei⁹ fluent aque viue. Hoc aūt dixit de spū quem accepturi erant in ipsum credentes. Quod si spiritussanctus in hoc sacramento quo filius sumitur: non recipitur: vbi queso accipietur? Nec enim a filio spiritus separari potest Et si spiritus accipitur: omnium bonorum communio sequitur. Unde summarie in sumptione digna huius sacramēti: particeps fit anima sumentis omnium bonorū meritorum Christi: que nobis meruit sua passione in cruce: cuius propter hoc nobis datum est in eiusdem passionis efficacissimuꝫ memoriale. Hec ergo est prima communio: qua fonti gratiarum in sacramento fecundissimo communicamus.

¶ F Prestat ⁊ nobis hoc sacramentum communionem glorie angelorum: pro quanto per huius sacramenti perceptionem ruina angelorum restauratur. Ministerium quoq̄ angelorum debitum effectum sortitur. Unde gloria augetur in angelis: et iterum in nos redundat. Ruina enim angelorum non reparatur nisi ex his qui incorporantur Christo: sicut ipse dixit. Nemo ascendit in celum: nisi qui descendit de celo: filius hominis qui est in celo. Nemo ergo ascendit in celum: nisi membrum filij hominis ipsi incorporatū

Passer laicū: turtur clericū sigt̄.

Act. iiij.

Prouer. vl.

Apoc. j.

Johe. iiij.

Jo. iiij.

Eccle. xj.

Jo. vij.

Per hui⁹ sacr̄i pceptiōēꝫ ruina āgeloꝝ restaurat̄.

Joan. iij.

Siquidem non ascendit filius hominis diuisus a mēbris:sed tot⁹ ascēdit cū oib⁹ suis mēbris sibi incorporatis:vt dicit glo.ibidē.Incorporamur autē xp̄o p dignā hu⁹ sacri sumptionē vt frequēter dictū est:z ita p hui⁹ sacri pceptionē ruina angelica reparat.Et pīdē sui ministerij effect⁹ sequit. Sūt eñ vt ait ap̄ls:oēs administratorij spūs in ministeriū missi ppter eos q̄ hereditatē capiūt salutis.

Hebre.j.

Cū ergo p hoc sacr̄m xp̄o incorporati celos ascēdim⁹:vbi est fili⁹ hois sedēs ad dexterā pr̄is:ad finē suū puenit angelor̄ ministeriū. Nō autē modicū glie hñt de impletiōe sui effect⁹ custodie:cū de eis scriptū est.Gaudiū erit corā angelis dei sup vno pctōre penitentiā agēte.Et econtra Esa.xxxiij. Angeli pacis amare flebūt.i.ad modū flentiū se hñt:qr desiderāt:vt xp̄o sibi ad custodiā cōmissi incorporentur:z sic redeāt:ac sic veniant ad cōionē glie angelor̄.Hinc z hinc ministerio gaudentes adsistūt:vt dicit btūs Greg.c.vlt.li.iiij.dial.z allegat de cōse.di.ij.c.qd sit sanguis.Quis(ait)fideliū hēe dubiū possit in ipsa immolatiōis hora ad sacerdotis vocē celos aperiri.In illo iesu xp̄i mysterio angelorum choros adesse:summis ima sociari:terrena celestibus iūgi:vnūq̄ ex visibilib⁹ z inuisibilibus fieri?

Luc.xv.
Esa.xxxiij.

¶ G Cōmunionē quoq̄ oim sctōr̄ hoc sacro cōseq̄mur:vt qd deficit in singulis ex cōi abūdātia sctōr̄ oim suppleat. Per hoc eñ participam⁹ frutecapatriachar̄ū:illuminatiōes pphetarū:iustitias legislator̄:pconia xp̄i pconū:dignitatē aplor̄:victorias martyr̄:felitatē cōfessor̄:religionē monachor̄:puritatē anachoritarū:doctrinas doctor̄:munditia virginū:luctū viduarū:eleemosynas curā domesticā gerentiū:splēdorē innocētiū:z oia merita sctōr̄. Hec eñ aia a xp̄o in corp⁹ ei⁹ mysticū fluxerūt: et in efficacia corporis ei⁹ z sanguinis cōsistunt: z de quolibet in quēlibet p charitatē spūs xp̄i referuntur z redūdant. Uñ ap̄ls. Grās agētes deo z patri q̄ dignos nos fecit in partē sortis sctōr̄ in lumine: q̄ eripuit nos de ptāte tenebrarū:z trāstulit in regnū filij dilectiōis sue. Per cōionē eñ xp̄i sortē ois grē cōicam⁹ cū oib⁹ sctis in lumine.i.in noticia dei fm glo.vel in lumine.i.in opib⁹ luminosis: de qb⁹ dr̄.Sic luceat lux vestra corā hoib⁹ zc. Et lucerne ardētes in manib⁹ vestris. Trāslati in regnū dilectionis filij:qd est regnū oim sctōr̄:p hoc q̄ corpi z sanguini ei⁹ cōicamus:qr vnitas mēbror̄ inor̄ ad cor z caput:z vna pticipatio spūs xp̄i in oib⁹ membris ei⁹ naturalib⁹ signat z causat tot⁹ corpis mystici cōionē z sctī spūs cōicationē.Et sic tota grē et glie vniuscuiusq̄ sctī cōicat aliis:vt spūalr̄ impleatur in nobis:qd de ecclia primitiua dictū est. Grā magna erat in oib⁹ eis:neq̄ eñ q̄sq̄ egens fuit inter eos.Quotquot eñ erāt possessores agror̄ aut domor̄ vēdebāt:z ponebant pcia eor̄ ante pedes aplor̄. Diuidebat aūt vnicuiq̄ put cuiq̄ op⁹ erat. Sic eñ aduniuscuiusq̄ necessitatē z idoneitatē diuidit spūsscr̄us:spūs.s.corpis xp̄i bona sctōrum vt oēs abūdent:z null⁹ egens inueniat. Uñ. Hec oia (inq̄t ap̄ls)opat vn⁹ atq̄ idē spūs:diuidēs singulis put vult. Que tñ diuisio singulis facta p spm̄: nō tm̄ singulis pficit: s3 singulor̄ dona ad cōez vtilitatē corpis(qd est ecclia ad quā donata sunt)pficit. Uñ ibidē dicit ap̄ls. Unicuiq̄ dat manifestatio spūs:ad vtilitatē.s.ecclesie. Nā z sequit. Sicut eñ corp⁹ vnū est:z mēbra hz multa:oia aūt mēbra corporis cū sint multa:vnū tñ corp⁹ sunt:ita z christ⁹. Etem in vno spū oēs nos in vnū corp⁹ baptizati sumus.z oēs in vno spū potati sum⁹. Et subdit. S3 de⁹ tēperauit corp⁹ ei cui deerat abūdantiorē tribuēdo honorē:vt nō sit schisma in corpore:sed in idipm p se inuicē sollicita sint mēbra. Ubi glo. beati Ambro. Ostēdit p similitudinē humani corporis vnitatē corporis xp̄i.i.ecclesie hēre varietatē officiorū z diuersitatē hāc nō tollere vnitatē:sicut humani corporis vnitas nō in singularitate cōsistit: s3 in multis mēbris:vt sibi pstent qd debēt. De hac vnitate ac bonor̄ cōione gaudebat pphēta cum dicebat. Particeps ego sum oim timētiū te:z custodiētiū mādata tua.vbi Cassio. Ita pphēte portio est dñs vt particeps sit nō vni⁹:sed oim ecclesiarū:tāta virt⁹ vnitatis:vt cū particeps sit xp̄i humiliter dr̄ particeps famulor̄:qd est z xp̄i esse participez. In hoc ergo sacro qr xp̄i pticipes efficimur quem sumimus:oim famulor̄ xp̄i:oim.s.sctōr̄ participationē sortimur. Ex xp̄o eñ capite fluit grā in membra:z ex vno mēbro redūdat in aliud ppter vnā sui corporis cōionē. Sicut eñ in vno corpore naturali:vnū mēbrū spm̄ z sanguinem influit in aliud:ita multo magis in spūalib⁹ mēbris corporis mystici vnū mēbrū spūs cōionē trāsmittit in aliud. Hec est cōmunio sctōr̄:de qua dr̄ in symbolo. Credo in spiritūsctm̄:sctōr̄ cōmunionē. Quia sicut fm naturā vni⁹ corporis vn⁹ est spūs:ita vnius corporis xp̄i vn⁹ est spūsscr̄us:q in totū corp⁹ vehit vitā z virtutē z oia q̄ sunt mēbris ppria facit esse cōia. Uñ et dictū est de primitiuis ecclesie mēbris. Multitudinis credētiū erat cor vnū z anima vna. Nec quisq̄ eor̄ q̄ possidebat:aliqd suū esse dicebat: s3 erāt oia illis cōia.

Ps.cxviij.
Cassio.

¶ H Sic et participatio dñici corporis cōicationē tribuit in passiōib⁹ mystici corpis xp̄i. Uñ z ap̄ls. Si qd patit vnū mēbrū:cōpatiunt oia mēbra. Ideo passio vni⁹ mēbri p cōionē redūdat in alia p misericordiā z miseratiōes:qb⁹ fluunt in mēbra deficientia:cōpassiōes:cordis:cōsolatiōes oris: imbuētiōes facultatū in eleemosynis:z supportationes infirmitatū in adiutorijs diuersis. Cōpatiēdo eñ assimilamur capiti hui⁹ corporis:qd; ex passione quā habuit ad nos:multis se dedit passiōib⁹ vt nobis p effectū subueniret. Cui si cōpatimur:et cōglorificabimur.vñ. Sicut xp̄s p nobis aiam suā posuit:ita z nos debem⁹ p fratribus aias ponere. Quādiu eñ xp̄s patit in mēbris:nos op3 cōpati:si tñ corpis volum⁹ esse mēbra(Ad Ro.xij.)necessitatib⁹ sctōr̄ cōmunicantes. Hoc est eñ cōicare necessitatib⁹ mēbror̄ xp̄i:suscipere eor̄ necessitatē corde p cōpassionē:gaudēdo cū gaudētib⁹:flēdo cum flētib⁹:idipm sentiētes. Multa ad idē docet hortaturq̄ scriptura. Hāc aūt cōmiserationē vñ verius accipere possim⁹ nisi in hoc sacro:vbi illū sumim⁹ memoria ineffabilis mie qua nostre pditioni compatiēs:se totū impēdit nobis in acerrimis doloribus qb⁹ nostrā miseriā subleuauit? Sic q̄ in hoc sacramēto cū oib⁹ bonis cōicationē sortimur:in quo oēs thesauri sapiētie z sciente dei sunt abscōditi. In quo z principium ois meriti oim sctōr̄. Hec cōrtas thesaurus ille est:qui iuxta euangeliū absconditus est in agro dñici corporis:quem qui inuenit abscondit:z pre gaudio illius vadit et vendit oia que hz:z emit agrū istū. Hic est thesaurus sapientie:de qua philo. Sapien.vij. Uenerunt mihi omnia bona pariter cum illa:z innumerabilis honestas per manus illius. Infinitus eñ est thesaurus hominibus:quo qui vsi sunt:participes facti sunt amicitie dei. ¶ Facit etiam(ait Albertus) hec sacramenti participatio verissimam humanorum z diuinorum cōmunionem. Per hanc eñ deus cum omnibus bonis suis est in homie:z homo in deo. Deus eñ qui est oia in oibus in hac communione suā altitudinē ad nos inclinat:z nostrā humilitatem in se exaltat. Hinc de omnib⁹ credentibus dr̄. Erant perseuerantes in doctrina apostolorum:et cōmunicatione fractionis panis et oratione: quia communicatio fractionis panis omnium bonorū diuinorum z humanorum conferebat communicationem. Propter que z similia recte z vere ab hominibus sacramenti huius participatio communio nominatur. ¶ I Sunt preterea duo huius sacramenti fructus inquantum est antidotum z me

Act.iiij.
i.Cor.xij.
Rom. viij
i.Jo.iij.
Col.ij.
Mat.xiij.
Sap.vij.
Actuū.ij.

Duo sū. qui⁹ sacri fruct⁹ inq̄tū ē āti dotū z medicia aie.

Colo.j.
Mat.v.
Luc.xij.
Act.iiij.
i.Cor.xij.

dicina anime: qui sunt sanare ab infirmitate: ꝛ ꝯser uare in sanitate. Operaꝶ quippe hoc sacꝶm in hoīe ipm̄ cōicādo sumēte: sanitatē ab infirmitate ꝑseruādo: causam infirmitatis expellēdo: ꝛ sanitatē perditā reparādo. Hec est medicina de qua Eccle. xxxviij.

Eccl. xxx.

Altissim⁹ de terra creauit medicinā: ꝛ vir prudens nō abhorrebit illā. De terra enī illa bñdicta dñici corporis creauit nobis dñs medicinā grē ꝑseruātē nos ab oī pcti infirmitate. Vir ḡ prudēs q̄ de futuris hꝫ prudētiā: q̄ .s. sine hac medicina nō ꝑseruaꝶ hō ab hac infirmitate: nō abhorret eā: qꝛ lꝫ sit apd̄ imperitos horribile sumere humanā carnē ꝛ humanū sanguinē: tn̄ i hoc sacꝶo medicina est supra modū amplectēda. Sūt enī infirmitates septē capitales ex malo fomitis semine: nisi ꝑueniaꝶ pullulantes de qb⁹ accipit illud. In sex tribulatiōib⁹ liberabit te: ꝛ in septima nō tāget te malū. Sūt enī sex q̄ causanꝶ ab infirmitate corpis et mētis. A corpore q̄dē gula: luxuria: auaritia. Ab aīa tria ſm q̄ est in corpore corrupto. s. ira ex sanguinis ascēsiōe: accidia ex corporis pōderositate inuidia ex cordis prauitate: qꝛ scꝫ timet ne alteri⁹ ꝓsperitate ipse impediaꝶ. Septimū. ho scꝫ supbia causaꝶ ex sola spūalitudine: in qua nos nō tāget malū: qꝛ ab his nos corp⁹ xp̄i indigne sumptū ꝑseruat. Si enī sumentes corp⁹ dn̄i ipꝫ ſm apl'i ꝯsiliū dñdicātes: discretiōis iudicio discernim⁹: qd̄ est quē in sacꝶo sumimus: qꝛ xp̄s patris filꝰ ꝓ nr̄a salute hō sacꝰ: mortēq3 ei⁹ annūciam⁹: ꝯsiderādo q̄d ꝓ nobis egerit: q̄dve passus sit quēadmodū nobis in exēplū imitatiōis mortu⁹ sit: nedū in cruce ponēs aīam: sꝫ etiā toto vite mortalis tpe: mūdo: pctō: ꝛ vniuersis vitijs. Sicq3 deuote mādūcauerim⁹: masticantes xp̄i humilitatē: qua seipm̄ humiliauit formā serui accipiēs fact⁹ obediēs patri vsq3 ad mortē: mortē autē crucis: humilē quoq3 ei⁹ ingressum in hūc mundū: atq3 ꝓgressuꝫ: nō tāget nos malū supbie. ¶ Si meditati fuerim⁹ xp̄i charitatē: qua se totū nobis in hoc corporis ꝛ sanguinis sui sacꝶo in pign⁹ eterne salutis ꝓmisse donat: nō tāget nos malū inuidie. ¶ Si ruminauerim⁹ quēadmodū impiger fuerit ad labores oīa faciēdo ꝛ sustinēdo q̄ ad nostrā salutē ꝓficere. Pertrāsiit bñfaciēdo ꝛ sanādo oēs oppressos a diabolo: vt ait Petrus. Nō tāget nos malū accidie. ¶ Si ei⁹ māsuetudinē ꝛ patiētiā cogitauerim⁹: qb⁹ exprobratiōes: irrisiōes: blasphemias crucē ꝛ flagella sustinuit: velut agn⁹ duct⁹ ad victimā nō aperiēs os suū. Et petro teste. Cū malediceretꝶ: nō maledicebat: cū pateretꝶ: nō cōminabaꝶ. Nō tāget nos malū ire. ¶ Si aduerterim⁹ q̄ liberaliter se: ꝛ sua nobis impēdit: carnē in cibū: sanguinē i potū: animā in ꝓciū: dutur⁹ diuinitatē suā in ꝓmiū: sicut canit ecclesia. Se nascēs dedit sociū: conuescēs in edulīū se moriēs in ꝓciū: se regnās dat in preciū. Nō tāget nos malū auaricie. ¶ Si in mētē reducimus vite ei⁹ sobrietatē: ieiunia parsimoniā: nō tāget nos malū gule. ¶ Si puritatē qua d̄ v̄gine nasci voluit: gaudijs mūdi ac carnis voluptati passionis amaritudinē opposuit: liberabimur a malo luxurie. Hec signata sunt Tobie. vi. vbi Raphael q̄ medicina dei interpretaꝶ: ait Thobie iuniori. Cordis ei⁹ particulā si sup carbones ponas: fum⁹ ei⁹ extricat oē gen⁹ demonioꝝ. Oē demonioꝝ gen⁹ in his septē vitijs qb⁹ prefuīe: accipitur. Hec est illa optima particula inter oīa sacꝶa: q̄ nobis saluator exhibuit: iō posita sup carbones igniti cordis: statim fumat in affectu ad deū: ꝛ oēm vim inimici expellit a nobis. Fel aūt valet ad vngēdos oculos: i qb⁹ est albugo: ꝛ sanabunꝶ. Fel enī sua amaritudine passionē xp̄i significat: de qua in Threnis. iij. c. iij. Recordare paupertatis ꝛ trāsgressiōis mee: absinthij ꝛ fellis. Hec fellea amaritudo patiētie xp̄i extergit albuginē spūalem: quā nobis sup oculos vanitas mūdi posuit: vt nō videam⁹ lumē celi: qꝛ xp̄i amaritudo reducit oculos nostros a vanitate mūdi: q̄ oculos nr̄os obtexit ad veritatē ꝯtēplādā. Sic ergo cibus iste in nobis operaꝶ sanitatē causas infirmitatū eradicādo: ꝛ ꝑ hoc ab infirmitate ꝑseruādo. Cōtractā etiā infirmitatē ꝑ pctm̄ q̄d incidim⁹/ sanat: eisdē modis qb⁹ pctm̄ tollit: de quo supra dictū est. Nec mirū: cū in hoc sacꝶo sumiꝶ medic⁹ ipse q̄ venit q̄rere saluum facere q̄d perierat. Qui oēs laborantes vocat: dicens. Venite ad me oēs qui laboratis ꝛ onerati estis: ꝛ ego reficiam vos. Miro enim modo studuit; ait Albertus; quomodo nobis gratiam nos sanantem ꝓpararet: ꝛ inueniꝶ sacramētum quo ipse medicus: ipse ꝛ medicina semper haberetur. Misit itaq3 verbum suum in hoc sacramento: ꝛ sanauit eos: ꝛ eripuit eos de interitionibus eorum: vt dicitur in psalmo. cvi. ¶ K Cōseruat etiam sanitatē recuperatā ac restitutā eisdem modis quibus preseruat. Hinc in psal. dicit. Dñs regit me: ꝛ nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Loc⁹ pascue: locus refectionis est: quo ab inedia in bono corporis robore cōseruatur pascendi: confortanturq3 vires per cibum cōuenientem. De qua cōfortatione in sequēti fructu superest dicendum: de hoc exponit Albertus illud psal: Collocauit illic: hoc est in terra fructifera esurientes ꝛ sitientes: ꝛ constituerunt ciuitatem habitationis: ꝛ seminauerunt agros: ꝛ plātauerunt vineas: et fecerunt fructum natiuitatis. Psal. cvi. Esurientes sunt cibum corporis Christi desiderantes: ꝛ sitientes sunt qui desiderant sanguinē Christi: hi cōstituerunt se in hoc loco vbi est habitatio ciuitatis dei: hoc est in ecclesia: et ibi semine iusticie seminauerunt agros ab agendo dictos: in quibus crescit frumentū panis corporis Christi: ꝛ plantauerunt vineas in qbus crescit pot⁹ sanguinis xp̄i: ꝛ in his fecerūt fructū dulcissimū gratie sacramēti: quo cibamur: qui dr̄ fruct⁹ natiuitatis: quia ex eisdē et corporaliter ꝛ spūaliter nascimur ꝛ nutrimur. ¶ Gratia enī xp̄i nascimur: ꝛ gratia xp̄i in sacramento nutrimur: ac eadē gratia nutriti cōseruamur ne iterū defluam⁹ in corruptionē pcti: qua aīa nostra in malis cōtabescat. ꝛ abomineꝶ oēm escā salutarem appropinquās vsq3 ad portas mortis. ¶ L Supersunt vltimi duo fructus quos in nobis parit salutaris eucharistie cibus: qꝛ nostrū viaticū est: hinc enī roborat viatorē in itinere ꝛ ad terminū btitudinis subleuat ꝛ perducit. ¶ Roborat quidē ſm illud. Et panis cor hominis cōfirmat. Hoc pane angeloꝝ in figura confortat⁹ helias: dum in fortitudine cibi illius totū desertū transijt: ꝛ ambulauit vsq3 ad mōtem dei oreb: q̄d mensa interpretaꝶ: in quo deo coniunctus est. Mensa hec societas est eterne glorie. Panis igitur corporis xp̄i cōfortat nos in vita bona quadraginta diebus ꝛ quadraginta noctibus: obseruantia. s. preceptorum decalogi ſm perfectionem euangelicā: vsq3 ad montē dei oreb: vsq3 ad mēsam dei: ꝛ cōuiuas patrie ad quā cū sedebimus satiabimur: ſm illud Satiabor cū apparuerit gloria tua. Et ſm. b. Ambro. Dominici corpis figura precessit qn̄ de⁹ in deserto patrib⁹ māna pluit: qꝛ sicut ille panis populum per desertum ad terram promissionis duxit: ita hec celestis esca fideles huius seculi desertum transeuntes in celum sursum trahit. Propter quod recte viaticum appellatur: quia in via nos reficit: ꝛ ad patriam vsq3 perducit. Corroborat etiam contra aduersariorum impugnationem. Unde Psalmo vicessimosecundo. Parasti in cōspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. quod de mensa dominici corporis et sanguinis exponit glossa. Eo ipso enim quo gratiam augmentat. omnes virtutes perficit arma tribuit omnes aduersarios debellandi. Quem enim timebit qui domino vniuersorum/ in cuius ditione cuncta posita sunt: qui fortem armatum fortior vicit: per hunc cibū in-

Job. v.

i. Cor. xi.

Actuū. x.

i. Pet. ij.

Luc. xix.

Mat. xi.

Ps. ciij.

iij. reg. xix.

Ps. xvi.

Ps. xxij.

corporat⁹ est. Hic est panis subcinericius hieroboal: qui descendēs in castra madian: tabernacula eius terre funditus coequauit. Iudi. vij. Panis subcinerici⁹ hieroboal hūanitas xp̄i est in cinere nostre mortalitatis coct⁹: qui iudiciū hȝ: sic q̄ppe interpretatur hieroboal. Et eñ ꝯstitut⁹ a patre iudex viuorū ꝛ mortuorꝫ. Hic descēdēs in castra madiā iniquitatis ꝛ ꝯtradictionis: oīa subuertit ꝛ terre coequauit: dū deuote sumptus sedē iniquitatis subuertit in aīa pctī⁹ diabolo subiugata: ꝛ eum expellens thronū suū ibidem collocans: ipsam ab omni aduersariorꝫ detētione liberat ꝛ conseruat.

Actu. x.

¶ VI Hunc fruct⁹ finalis sequit: qui est ꝑductio ad terminū beatitudinis: que est vita eterna. Confert eñ cibus iste immortalitatē: sm̄ illud Qui mā ducat meā carnē ꝛ bibit meū sanguinē: hȝ vitam eternā. Et ego resuscitabo eū in nouissimo die. Et in hoc dissimilitudinē hȝ iste cib⁹ ad cibū corꝑalē. Cib⁹ eñ corꝑalis non nutrit nisi mortaliter ꝛ corruptibiliter. j. Corꝫ. vj. Esca ventri: ꝛ venter escis: de⁹ aūt hunc ꝛ has destruet. Iste aūt cibus radix est immortalitatis: qr in eo qui eū sumit: principiū cipium est vite perpetue. Unde Ioannes in capi. vj. Non sicut mā ducauerūt patres vr̄i māna i deserto ꝛ mortui sunt. Qui mā ducat hunc panem viuet ieternū. De quo in figura dixit Moyses Deutero. xxix. ad filios Israel. Adduxit vos xl. annis ꝑ desertū: non sunt attrita vestimēta vestra: nec calciamenta pedūȝ vestrorꝫ vetustate ꝯsumpta sunt. Panē non comedistis: vinū ꝛ sicerā non bibistis vt sciretis: qr ipse est dn̄s deus vester: ꝛ venistis ad hunc locum: ac si dicat sm̄ Alb. per desertū huius mortalis vite. xl. annis qui est numer⁹ pnie: adducit vos dn̄s ad imortalitatē ꝑpetue vite: ita q̄ virtutū vestimēta non sunt vetustate pctī contrita: ꝛ calciamēta que sunt duorꝫ pedū aīe munimēta: qr veritas munit itellectū: ꝛ charitas munit affectū: non sunt aliqua vetustate vanitatis vel frigiditatis cordis ꝯsumpta. Et hoc ideo: quia panē mūdane refectionis nō comedistis: nec vinū ꝛ sicerā inebriantia: in quib⁹ est luxuria: bibistis: ꝛ tn̄ dn̄s sue immortalitatis alimonia adduxit vos per sui cibū māna supceleste ad hunc locū solidū ꝑmissionis: qui moueri nō pōt: eterne. s. immortalitatis. Sic ḡ cib⁹ iste cibat celesti virtute ꝑncipijs vite ꝛ immortalitatis radice. Hinc recte dr̄ cib⁹ iste: arra spōte: pign⁹ future glorie. Dederat olim dn̄s aīe rōnali pignora sue dilectiōis pulchras arras sue desponsationis: celum ꝛ terrā ad eius obsequiū simul et solatiū. vt late ꝑsequit vez. Hugo de san. vic. in libello de arra aīe. Contēpserūt has arras plurimi atq̄ eis oīa vilnerūt. Dedit ad extremū seipm̄ pariter in arrā ꝛ ꝑciū: dum in hoc sacro ꝯuiuio iuxta canticū ecclesie: future glorie nobis pign⁹ daē: de quo. b. Ber. in ser. de sacro. ait: alloquēs ecclesiā ꝛ quālibet aīam fidelē. Gratulare (inq̄t) sponsa: gaude incōparabilr: ꝑsidentē habes ꝛ rectorē spōsum in ꝑn̄tis exilij militia: pign⁹ habes: arrā tenes: q̄ bus feliciter sponso vniaris in ꝑria. Gloriosa ꝛ amabilis spōsa: in terra spōsum habes in sacro: i celis habitura eo sine velamēto. Hic ꝛ ibi veritas: sȝ hic palliata: ibi manifesta. Hic vtiq̄ spōsum hȝ ecclesia suo ordine: hic quasi dulce ꝑludium: ꝛ iocunda dispēsatio: ibi nuptiale conuiuiū ꝛ beata fiet cōiunctio: cum fide ad speciem: de mēse ad mensem: de sabbato ad sabbatū: de calore panū ad eternalis caloris ꝯuiuium trāsibim⁹. Et infra. Cib⁹ iste non est ventris: sed mētis: non est dat⁹ ad ruinas hui⁹ vite que vapor est ad modicū parens: sed ad eternā vitā aīe ꝯferendā: Iste est panis angelorū qui nescit putrescere: non vadit in secessum: sed tēdit in excelsum: illuc reducit holem vñ traxit imaginem. ¶ Ecce patent vel breuiter. xij. fruct⁹ ligni vite. Siquidē ꝯsiderādo eucharistiā in ordine ad

Jo. vj.

Jo. vj.

Deu. xxix

Bernar.

xp̄m in ea ꝯtētū: sic viuificat aīaȝ ꝛ relaxat pctā. In eo ꝙ̄ q̄ est memoriale passiōis xp̄i: inflāmat mentē: ꝛ patiētiā ꝑstat. Inq̄tū est cib⁹: nutrit ꝛ restaurat: qr sacr̄m vnit ꝛ copulat: q̄z antidotū medicinale: sanat ab infirmitate ꝛ in sanitate ꝯseruat. Qr viaticū: roborat viatorē: ꝛ ꝑducit ad terminū btitudinis. ¶ Quos sub aliis ꝟbis ita. b. Ber. assignat di. Eucharistia medicina est egrotiꝫ: ꝑegrināti b⁹ dieta: debiles ꝯfortat: valētes delectat: languorē sanat: suauitatē seruat. Fit hō māsuetior ad correptōez: patiētior ad laborē: ardētior ad amorem: sagacior ad cautelā: ad obediēdū ꝑmptior: ad gr̄ar actōes deuotior. ¶ Et lz plura de hui⁹ sacr̄i fructib⁹ dicta sunt: nequaq̄ tn̄ velut tāto sacr̄o digna vel sufficiētia estimāda sūt. Excedit eñ ei⁹ dignitas simul ꝛ vtilitas oēȝ hūanā estimationē. Hic Ber. sȝ. s. ait. Pōt ne estiare q̄lez ꝗtū est hoc scīssictōꝝ: ꝛ sacr̄ȝ sacr̄orꝫ: amor amorꝫ: dulcedo oim dulcedinū: Hec sūt ꝟa festa paschalia: hec sūt gaudia ꝛ fercula vitalia iustorꝫ: he sūt spūales delitie scōꝝ: hic bibunt in loco vberi torrēti o lactis: pluuia mellis: liquor balsami celestis. Hic efficit vna caro spōsa cū spōso: ietā aīa cū xp̄o. Experiētia horꝫ ꝛ similiū spūs ꝛ vita est: nec alalis hō horū sentit fruit vel accessu. Amici spōsi: viri timorati ꝛ religiosi gustauerūt: ꝛ plenissime q̄ dicim⁹ sunt expti. Hec Bern. ¶ N Sȝ circa hec q̄ri pōt quō hos fruct⁹ efficit corpus xp̄i in hoc sacr̄o sumptū: ¶ Pro r̄nsione rememorādū est qđ. s. lec. liij. habetē: q̄ tripl̄r aliq̄d dr̄ fieri vel effici ab alio scȝ operatiōe ꝛ ꝟtute naturali: quo mō calor fit ab igne. Scđo mō nō ex ei⁹ ꝟtute: sȝ ex ei⁹ merito: quo mō dicimus q̄ p̄zem iū in beatis est ex opib⁹ meritorijs precedētib⁹. Tertio est ex aliqua ꝟtute occulta adsistēte. Sic sacramēta opari dicūtur. ¶ Ad ꝑpositū Corp⁹ xp̄i in sacr̄o cib⁹ est non corꝑis sȝ mētis. Nō vtiq̄ sm̄ sui substātiā nutriēs ac cibās aīaȝ: quēadmodū cib⁹ corꝑalis sm̄ substātiā cibat ꝛ nutrit corp⁹: qr aīa sm̄ sui substātiā additionē nō recipit: hinc sm̄ sui substātiā corp⁹ xp̄i nec cibat: nec restaurat: nec roborat aīaȝ: nec vnit aīe tāq̄ forma. Ideoq̄ nec ꝑ suā essentiā inflāmat aīam: sicut calor ignē: nec sm̄ suā substātiā illuminat sicut lumē aerē: nec sic viuificat sicut aīa corp⁹ Cū etiā sm̄ se sit res creata: ꝑ suā naturā ꝑpetiā nō liberat a morte: nec ad patriā reuocat: aut pctm̄ expellit nec resuscitat. Nec breuit aliq̄s ꝑdictorꝫ effectuū căliter effectiue ꝑcedit ex naturali ꝟtute ilii⁹ corꝑis. Restat ḡ vt fiat vl̄ ipsi⁹ merito: vel virtute occulta. Merito aūt ei⁹ nō fit vt ꝑnci pal̄r merētꝫ: qr mereri est nature itellectual̄ ꝛ rōnal̄. corp⁹ autē xp̄i acceptū ꝑ alia pte ꝯpositi sibal: qđ ex vi ꝯsecrōnis est i sacr̄o altar̄ nō ē natura itellectual̄ aut rōnal̄: sȝ ē corꝑal̄ nature ex ipo₂ aīa rōnali ꝯposite. vñ mereri ē ipsi⁹ aīe nō corꝑis: sȝ aīa ꝑ corp⁹ hoc est ꝑ opationes ꝛ passiones corporales volūtarie exhibitas vel passas mereaē. Etiā fruct⁹ hi nō ꝑueniūt ꝑcise ꝛ adequate ex merito sumētiū: qr sic nō ꝑuenirēt ex applicatiōe sacr̄i seu vsu ei⁹: ꝛ plus sacr̄m scīficaret a sumētib⁹: q̄ sumētes a scīo: qm̄ sumētiū merito ipsi ꝑ hoc scȝ scīficarent. Relinq̄t ḡ q̄ diuina ꝟtute ꝛ volūtate: que ex suo beneplacito hos fruct⁹ efficit in digne hoc corp⁹ sumēte. Vñ sicut in baptismate suꝑfusioni aque seu immersiōi aut ablutioni exteriori: que fit ꝑ aquā: cū certe verborꝫ forme ꝑlatione ꝛ baptizātis intentiōe: adest virt⁹ oīpotētis dei: ad efficiēdū interiorē vel spūalem ablutionē a pctis. Sic refectiōi corꝑal̄ꝛ exteriori q̄ fit ꝑ sūptionē hui⁹ venerabil̄ sacr̄i: adest virtus diuina ad ꝑficiēdā internā ꝛ spūalē refectionē: quā exterior sigēt: ꝛ ceteros fruct⁹ nūeratos: ꝛ hoc in subiecto disposito: hoc est in viuēte, vita gratie quia cibari ꝛ refici non est mortuorꝫ. Statuit itaq̄ deus q̄ ad dignā hui⁹ sacramēti sumptionē: hos fructus efficere vult in aīa huiusmodi viuentis.

Dignitas ꝛ vtilitas hui⁹ sacr̄i excedit oēm hūanā estimationē.

Aliq̄d dr̄ fieri vl̄ effici tripliciē ab alio.

Obiectio.

¶ O Sed di. quõ tunc dr saluator Caro mea vere est cibus ⁊ sanguis meus vere est potus. Si non ipsa nec ipse hos refectiõis effect⁹ operat. Rñdet q vere ibi assertiue ponit: vt sit sensus. Caro mea vere .i. indubitãter est cibus reficiẽs seu refectiu⁹

Rñsio ad obiectionem.

Et sanguis me⁹ vere .i. indubitãter est potus: potans vel inebriãs spũalr: sʒ non sua natura: sʒ virtute diuia Sicut aqua baptismalis vere est aqua regenerãs: ⁊ vnda purificãs: non sua natura: sʒ virtute diuina: cui accedẽs elemẽtũ o verbũ efficit. sacramẽtũ .i. sacratiõis: seu sanctificatiõis instrũ. Et quid mirũ si deus opõ ⁊ misericors ad sumptionẽ hui⁹ sacri corporis: cui inseparabilr vnita est excellẽtissima deitas: fruct⁹ ⁊ dona multiplicet in sumẽtib⁹: cum ⁊ reb⁹ lõge inferiorib⁹ in gradu entitatis adsistat ad effectuũ mirabiliũ pductionem? Si eñ vestis beati Joãnis euãgeliste, hoc obtinuit vt p tactũ manuũ aristoboli tũc increduli: tres mortuos suscitaret: q̃d de hoc corpore: qð vestimentũ est deitatis: pia fides suggerit sentiẽdũ? Si Petri aplĩ bacul⁹ ex suo ɔtactu beatũ maternũ a morte suscitauit: diuina adsistẽte virtute: q̃d mirũ si attactu hui⁹ corporis diuinissimi: virt⁹ adsistẽs diuia hos fruct⁹ ⁊ his maiora faciat? Sic argui põt ps sudarijs ⁊ semicinctijs Pauli: de qb⁹ in actib⁹ aplorũ dr: q delata ⁊ posita sup infirmos curabant: ⁊ sup demoniacos: spũs immũdi eijciebant. Si igit xp̃s tãtas virtutes ɔtulit sctõrũ suorũ ossib⁹ aridis capillis eorũ aut puluerib⁹: sepulchris ⁊ vestib⁹: vt eorũ attactu fugarent demones ab obsessis corporib⁹: sanarent corpora a diuersis morbis ⁊ lãguorib⁹: quo nõ icõparabilr multo maiores carni sue pprie sibi suppositalr vnite: ⁊ iam vita glorie fulgẽti: q̃ ⁊ p nr̃a oĩmqʒ salute passa est: virtutes tribueret? ¶ Ampli⁹ si fimbria vestimẽti sui hoc pstitit vt ei⁹ tactu emoroissa sanaret a sanguinis profluuio: haud dubiũ carni sue quã induit: qua inuẽtus est vt homo: maiora tribuit. ¶ Itẽ si lignũ vite in medio paradisi hac virtute pditũ esse voluit vt vitã corporalẽ vtẽtib⁹ fructu eius ppetuaret: quo nõ pot⁹ carni ⁊ sanguini suo hoc tribuit: vt perpetuare posset in digne vtẽtib⁹ vitã aiarũ? ¶ Demũ si hãc virtutẽ dedit vbis quorũdã exorcistarũ: vt eis arceant ⁊ ligent demones: quo vbũ: per qð facta sunt oĩa: carnẽ suã: quã p aiarũ salute assũpsit: non oĩb⁹ pstãtiis virtutib⁹ glorie ⁊ magnificẽtie sue ɔgruentib⁹ ⁊ aiarũ saluti expediẽtib⁹ insigniuit? Reuera: voluit: decuit: ⁊ fecit sue carni has maioresqʒ virtutes tribuere: quã de purissimis virginis sanguinib⁹ formauit: quã suo, naturali filio in vnitatem suppositi copulauit: in qua a morte triumphauit: qua diaboli p tãtẽ supauit ⁊ abstulit: quã sup omnes angelicas virtutes ad dexterã suã collocauit. Cui vnite anime xp̃i sanctissime eandẽ iudicãdi ptãtẽ viuos ⁊ mortuos tribuit ⁊ donauit.

Actu. xix.

Mat. ix.

¶ Ex quib⁹ ⁊ hoc sequit: q lʒ sacrm hoc spũalr tñ sumptũ effect⁹ pdictos operet: multo tñ pleni⁹ et pfectius hoc facit in sumẽtib⁹ etiã sacralr: hoc est simul sacralr ⁊ spũalr: vt ex sorone alterius dubij deducet. Et tñ de fructib⁹ hui⁹ viuifici sacri. ¶ P Sed adhuc q̃s diceret. Si hos fruct⁹ operat hoc sacrm in digne sumẽti: quicũqʒ hos fruct⁹ non experiunt nec sentiũt: (cum pauci hos fruct⁹ sentiãt etiã eorũ q̃ sine mortalis peccati ɔsciẽtia: post debitam sui ipsorũ pbationẽ accedũt) seq̃retur q tales indigne sumerẽt: qð durũ nimis foret: ⁊ a cõione plurimos reuocaret. ¶ Ad hoc rñdetur: q plurimi ex dictis fructib⁹ lʒ in digne sumẽte oriunt: minime tñ expimẽtalr cognoscunt. Hi sunt oẽs fructus grãm ⁊ charitatẽ eiusqʒ augmẽtũ inseparabiliter comitãtes sicut mẽtẽ viuificare: pctã relaxare: nutrire augmẽtãdo: vnire xp̃o: copulare p cõionem primo ⁊c. Sicut eñ charitas ⁊ cetere virtutes infuse a nobis expimẽtalr cognosci nõ possunt: nec intuitiue videri. vt tradũt doc. dist. xvij. primi: quia omnẽ actum quem pducere possumus q̃tũ ad genus actus mediãte habitu infuso: pducere possumus ex habitu acq̃sito: siue ex volũtatis libertate: lʒ non quo ad circũstãtiã meriti: que nisi per reuelationẽ in hac nostra pegrinatione euidẽter sciri non potest. Nescit eñ homo an odio: vel amore dignus sit: quod nedum de supposito hoīs verum est: sed etiam de actu eius virtuoso. Simillimi eñ sunt effectus pcedentes ex habitib⁹ infusis ⁊ acq̃sitis: intantum q habitus infusos esse ponendos nulla rõ euidens ɔuincit: sed sola fidei ⁊ ecclesie autoritas verissima eos nobis credẽdos pdit. Deniqʒ inflãmatio affectus per deuotionem ⁊ spũalis dulcedinis sentimẽtũ: delectatio quoqʒ in spũalibus atqʒ operandi pmptitudo sensibilis: et si freq̃ter sequantur charitatẽ: non tamen inseparabilr ei iunguntur. Nonnunq̃ etiam in charitate maiori: minor sentit deuotio: ⁊ in minori: maior. Nihil deniqʒ phibet: quandoqʒ etiam vbi nulla est charitas ⁊ gratia: deuotionẽ ⁊ dulcedinẽ sentiri etiam vsqʒ ad lachrymarũ effusionẽ: sicut est videre in nõnullis petõribus ex verbo dei vsqʒ ad lachrymas compũctis: qui tamen nondum exposuerant: peccata in quibus volũtate tenẽtur cauere: ⁊ ab eis recedere: q̃ deuotio seu dulcedinis sentimentum esse potest a deo paruulos sic ad se attrahere volente: quãdoqʒ ab habitu acquisito: q̃nqʒ a cõplexione: quandoqʒ a spũ maligno: vt sic a debitis operibus retrahat: vt hmõi delectationẽ spũalem finalr querere doceat: vt dũ eam subtrahit in desperationẽ mittat: pptereqʒ alias causas plurimas. Quapropter admonet scriptura pbare spũs si ex deo sunt. ¶ Q Primi fructus: qui inseparabilr ɔsequuntur charitatem ⁊ eius augmentum: illi infallibiter concomitãtur dignamqʒ huius sacramenti cõmunionem: sed hi: vt dictum est sentiri non possunt. Hi enim consequuntur ex opere operato: non ex opere operantis: dum tamen non adsit obex vel impedimentũ. Hoc enim pprium est sacramẽtis noue legis gratiã infundere: aut infusam augmentare obice remoto: alioqñ quomodo essent signa gratie efficacia atqʒ certa? Cetera vero que nomine deuotionis generaliter sumpto intelligo: quandoqʒ dantur digne sumentibus: quãdoqʒ digne sumentibus subtrahuntur: immo nonnunq̃ indignis prestantur. Unde Joan. cancell. in de mystica theologia practice consideratione. vi. ait loquens de contemplationis. ac deuotiõis gratia. Sunt filij infideles ⁊ alieni: sunt serui nequam quos aliquando cibari sustinet pater celestis ex adipe frumenti: et de petra melle saturari: quemadmodum apud aliquos ex principibus videre est: qui condemnandis paulopost ad mortem mittunt aliquotiens in carcerem de preciosis mense sue reliquijs. Namqʒ has gratias reperire est apud maledictionis reprobationisqʒ filios: vel in augmentum sue damnationis: pro abusu ingratissimo doni dei: vel ad aliorum eruditionem: vel pro qualicũqʒ laborum suorum velut florũ vel inutiliũ premio transitorio. Pro tali numismate tales merces: dicit prouerbium vulgare. Fornicari tantũmodo quesierunt in donis dei per improbã delectationem vel presumptionem. Quid igitur? Desiderium eorum affert eis deus: sed iratus: audiunt illud euangelij. Tolle quod tuũ est ⁊ vade. Difficillimũ igitur est cognoscere: vnde et ad q̃d hmõi deuotio ac dulcedinis sentimentum conceditur. Datur deniqʒ quandoqʒ digne suscipientibus atqʒ supererogatur a liberalissima dei clemẽtia. Quãdoqʒ in bonũ iumentiũ ab eadem clemẽti voluntate subtrahitur: sed nõ ad insipientiam eorum. ¶ R Multus autẽ dispensationis nile dei: qua etiã electis hmõi gratiã subtrahit: dicit⁹ cau-

.i. Jo. iiij.

Mat. xx.

Prouerb. xxviij.

cella. vbi. ꝫ. aliquas colligit causas. Prima ppter humiliationē. vñ ait. Fit hoc quoq; ⁊ sepi⁹ ad humiliationē vt retūdat supbia: vel q̄ ꝓfuit vt ne subrepat: puideat. Propterea testat. b. Bern. vere nihil esse efficaci⁹ ad grām hāc vel inueniēdā: vł retinēdam: vel recuperādā q̄ si semp inueniaris nō altū sapere: sed sape ad sobrietatē. Deniq; btūs est vir q̄ semp est pauid⁹: ⁊ sup custodiā suā stat. ¶ Scdo: fit hoc aliqñ ad desideriū vehemēti⁹ igniēdū: quē admodū ignis flatu cōpressus erūpit ardētior: vt dicam⁹ grādis grāditer q̄rere. ¶ Fit hoc tertio: vt ab hoīe sua fragilitas ⁊ abyssus miseriarū pfūdi⁹ ac clari⁹ sentiat: q̄ten⁹ vilescat ipse sibi recogitans q̄lis ex se sit: ⁊ q̄lis ex dei munere esse possit. ¶ Quarto: fit hoc aliqñ ad induēdū viscera mie ⁊ pietatis sup alioꝝ desolatiōe: qb⁹ hec ꝯsolatio vel nō ꝯcedit: vel ꝯcessa subtrahit. ¶ Fit hoc q̄nto ad satisfaciēdū interim p se vel alijs p dolorē sensibilem ex tali carētia derelictū: quēadmodū humanitas Christi derelicta est: ⁊ torrēti penalitatū tota immersa q̄ten⁹ ita satisfaceret p pctis nō suis: sed alienis. ¶ Fit sexto: ne q̄s idone⁹ in doctrina alios iuuare: aut in re aliq̄ velit assidue sic ociari sibi: sic inter amplexus Rachelis herere: vt negotiū charitatis spūali: ⁊ Lye fecūdatiōi nequaq̄ inuigilet. ¶ Fit septio: vt homo p multa tētat⁹ discat ex his q̄ patit obediētiā ceterasq; virtutes: q̄ten⁹ eas postmodū edoceat efficacius. ¶ Fit octauo: ne deserat homo p ꝯtēplatiōis sue superogationē: obligationem debite actiōis. ¶ Fit nono ad punitionē venialiū pctōꝝ: tāq̄ si pater indulgētissim⁹ vel auertat interim faciē a filio lasciuiore: vel tristior ostēdat: q̄ten⁹ exinde studiosior sit in omi modestie custodia. Et ne minimis negligēs paulatiꝫ decidat. ¶ Fit hoc decimo: vt cognoscat illud apli. Nō est volētis neq; currētis. s. p industriā ppriā: sed dei miserētis. ¶ Fit hoc vndecimo: ad purgationē maris spūalis magni ⁊ spatiosi qđ ex nimia quiete solet sordes ꝯhere: sicut ⁊ materiale: quas exagitatio cōmotioq; depellit. ¶ Fit hoc duodecio: vt innotescat si gratis aīa timet deū: si parata est. s. obsequi pprijs expēsis doloꝝ ⁊ tribulationū: quēad modū si stipēdia ꝯsolationū ⁊ suauitatū ab impatore suo recipet: ꝯ illos qui oronē suā vel effundere nolūt: vel inefficacē credūt: nisi ꝯsolationū sentimēta meruerint: quasi nō fingeret vnq̄ deus laborem in p̄cepto. ¶ Fit tertiodecimo: q̄ten⁹ ablactet homo: ne semp putrescat aut fornicet i donis dei: ea ppter se diligēs: his adherēs sese oblectans: aut ne p̄miū hoc tpale recipiat: illo futuro cariturus. ¶ Fit hoc q̄rtodecimo: vt dissimulet venire tātus hospes ad aīam: ne grauet expēsis sicut Dauid ad filiū. Scd qb⁹ expēsis? Lachrymis: pus: gemitib⁹: ieiunijs: vigilijs: ⁊ ceteris corpora grauātibus. Quia aīa iunior nō posset sustinere ebrietatē spūs: si iugiter itroduceret eā in cellā vinariā suā. Propterea clauē gerit nūc claudēs: nūc aperiens. ¶ Fit hoc q̄ntodecimo: vt pnocet te de⁹ sicut aq̄la pullos suos ad volandū: ⁊ mr̄ filiū ad ambulādū. Deserit eñ mr̄ filiū suū aliqñ hac industria: vt desert⁹ clamet: vtq; regrediēs cautior sit adherere sibi. Cautior etiā ne cadat pspicere ⁊ q̄sitū matrē letior suscipiat inuētā: blāditias ⁊ oscula iucū⁹ addat. ¶ Fit demū sextodecimo ad exercēdū patientiā: q̄ psectū op⁹ hꝫ: nā q̄ est acerbior tribulatio: q̄ materia patiētie copiosior apud aīam q̄ a p̄gustatione delitiarū paradisi relabit ⁊ corruit: ad dolores inferni: ad fitūdinē vmbre mortis: ad erūnas hui⁹ seculi. ¶ S Sumit hinc ꝯiectura q̄re futura esset amaritudinis separatio ppetua. Hec cancel. Qui lꝫ in ghe loq̄t de dulcedine ꝯtēplatiōis: hꝫ tñ in pposito locū. Qꝛ sicut aliqñ ꝯtēplatiuis cōcedit hui⁹ ꝯsolatiōis experiētia: quoq; subtrahit. Sic digne sumēti eucharistiā quoq; gust⁹ diuine dulcedinis credit (aīs ꝯcedit) quoq; negat ex causis prenarratis: ⁊ dispōne sumētis. Igit pro ea obtinēda impigriter laborādū est orōne ⁊ cordis purificatione ita vt accedēs parat⁹ sit eā humilr̄ vti cū gratiarū actiōe si det: parat⁹ nihilomin⁹ ea carere bono aīo si nō det: recogitās assidue: q̄ non in sentimēto hui⁹ dulcedinis: sed in charitate est regnum dei. Patꝫ ḡ rñsio ad dubiū: quod neq; indigne: neq; inutilr̄ sumūt alias dispositi: qui hmōi ꝯsolatiōis dulcedinē nō sentiūt: nec ppter hoc ab ei⁹ cōione se studeāt cohibere.

Uir q̄ semper est pauid⁹: ⁊ sup custodiā suā stat ē btūs.

Rom. ix.

¶ Lectio. lxxxvij.

A

Dicto de huius sacramēti fructu: dicēdū est quo ad dubiū quartū de indigne sumētiū pena ⁊ piculo. Uerū intellecta pctī grauitate grauitas pene cōijci pōt: q̄m scriptū est. Pro mēsura pctī erit ⁊ plagarū mod⁹. ⁊ Apoc. xviij. Quātū glorificauit se: ⁊ in delitijs fuit tm̄ date illi tormētū ⁊ luctū. ⁊ Hiere. l. Iuxta oia q̄ fecit facite illi. Iob q̄. xx. Iuxta multitudinē adinuētionū suarū: sic ⁊ sustinebit. Igit videndū est de grauitate pctī indigne sumptiōis. Ueꝝ q̄ digna sūptio: q̄ve indigna: late. ꝫ. ostēsum est lec. vi. ⁊ vij. Unde loquor nūc de his q̄ celebrādo aut sumēdo hoc sacrū: nouo mortali pctō se onerāt: de qb⁹ aplūs ait. Qui mādūcat ⁊ bibit indigne: iudiciū sibi mādūcat ⁊ bibit nō dijudicās corp⁹ dñi. Iudiciū mādūcāt dānatiōis. i. ſm glo. sua mādūcatione se dignos dānatiōe efficiūt. Nō q̄ malū ē qđ accipiūt. Accipiūt ēt idigne accedētes verū corp⁹ xpī ⁊ sanguinē dū sacra dentib⁹ p̄mūt: lꝫ sine fructu. Sicut Greg. iiij. dial. ait. Est q̄dē (inq̄t) in pctōrib⁹ ⁊ indigne sumētib⁹ vera xpī caro ⁊ ver⁹ sanguis ſm essentiā nō salubri efficiētia. Ad idē Aug. ii. v. d̄ vnico baptis. Qꝛ alijs nō ad salutē: nō iō min⁹ est corpus ⁊ sanguis qđ accipit. Bonū est ḡ qđ accipiūt: sꝫ bonū factū est eis malū: dū male accipiūt bonū: vt ait Aug. in de v̄bis euāgelij. Sicut ecōuerso: factū est bonū aplo cū bñ accipit malū. s. dū stimul⁹ Satane patiēter portat. sic ad Roma. viij. inquit. Scim⁹ q̄m diligētib⁹ deū: oia cooperant in bonū hijs q̄ ſm ppositū vocati sunt sancti. Ubi glo. Prosunt eñ mala q̄ fideles pferūt vel ad emēdāda: vel demēda pctā: vel ad exercēdā pbādāq; iustitiā: vł ad demōstrādā hui⁹ vite miseriā: q̄uis eñ mors carnis de pctō p̄mi hōis originalr̄ venit: tñ bon⁹ ei⁹ vsus gloriosissimos martyres fecit. ⁊ Nic. d̄ ly. sup eādē locū. Istis. s. sctis ſm ppositū. i. ſm p̄destinationē etiā pctā in bonū pueniūt: q̄ fortiores ⁊ cautiores resurgūt. Et etiā in gloria ad bonū eorum facit pctōꝝ memoria sicut cicatrices ad gliā militis q̄ finalr̄ in bello triūphauit. Sicut ḡ mala bonis coopant in bonū: ita scā obsunt malis: non q̄ res illa mala sit: sꝫ q̄ mal⁹ male accipit qđ bonū est. Qđ in arca dñi q̄ alophylos occidit: ⁊ Isrl̄ saluauit. Et in māna qđ bonis oīs delectamēti ⁊ suauitatis saporē: malis aūt nauseā p̄stitit: figuratū est. Hinc Chryso. hom. x. Sacrificiū hoc (inq̄t) cib⁹ spūalis est: sicut corporalis cib⁹ dum vētrē inuenerit aduersis humorib⁹ occupatū: ampli⁹ ledit. magis nocet: ⁊ nullū p̄stat auxiliū. Ita ⁊ iste spūalis cibus: si aliquē repit malignitate pollutū: magis eū pdet nō sui natura: sꝫ accipiētis vitio. Sumūt ergo indigne accedētes iudiciū dānationis magne: dānationis pfunde: ſm pctī hui⁹ grauitatē. ¶ B Possum⁹ aūt grauitatē hui⁹ pctī indigni accessus intelligere ex culparū pōdere: qb⁹ cōparat. Cōparat aūt idigne sumptiōis culpa pctō pditiōis Iude: Iudeoꝝ ingratitudini ⁊ blasphemie: ⁊ effusiōi p̄tiosi sanguinis de Christi corpore. Quo ad p̄mū q̄ indigne sumit: xpm cū Iuda pdit. de quo. b. Hiero. in epla quadā ait: loquēs spālr̄ ad sacerdotes.

Deu. xxv.

Apo. xviij.

j. Cor. xj.

Grego.

Augu.

ij. Cor. xij.

Chryso.

Quid tibi cũ feminis q̃ in altari cũ deo fabularis? dic sacerdos: dic clerice: dic q̃squis fueris q̃ sacra su mis: quare cũ eisdẽ labijs filiũ dei osculariis q̃bus osculat⁹ es labia meretricis? O Juda: filium hois osculo tradis. Et iste est de his q̃ in alijs pctis sup bie: inuidie: auaritie: infidelitatis: ⁊ ceteris forni catiõe nõ minorib⁹ accedũt. Itẽ. b. Aug. Nõ min⁹ peccãt q̃ tradũt xp̃m pctõrib⁹ mẽbris: q̃ qui xp̃m tradiderũt crucifigẽtib⁹ Judeis. Trajcũt em̃ hi xp̃m in pcti locũ: q̃ est in ptãte demonũ: sicut Ju das tradidit ip̃m manib⁹ iniq̃s Judeoꝝ. Et. b. Re migi⁹ sup illud Matt. xxvi. Ue illi p q̃ẽ fili⁹ hois tradet. Ue (inq̃t) tradẽtib⁹ xp̃m ad crucifigẽdũ. Sꝫ ⁊ ve cũ maligna ↄsciẽ sub sacro sumẽtib⁹ illũ. Hi ⁊ si nõ tradũt Judeis ad crucifigẽdũ: tradũt tñ ip̃m mẽbris inimici ad sumẽdũ. Glo. q̃ꝫ Bede. Ir sem piternũ ve homini illi q̃ ad mẽsam dñi indigne ac cedit. Ille em̃ in exẽplũ Jude filiũ hois tradit: non Judeis q̃dẽ pctõrib⁹: tñ pctõrib⁹ mẽbris. s. suis: q̃ dñici corporis sacr̃m accipe temerarie p̃sumũt. Il li dñm vẽdũt q̃ ei⁹ timore ⁊ amore neglecto: terre na: caduca: immo ⁊ criminosa p eo diligere: ⁊ cura re nõ metuũt. hec Beda. Tales aũt sunt q̃cũq̃ in digne celebrãt vel accedũt. Sic in glo. Luce. xxij. Exẽplo Jude filiũ hois tradit: q̃ illud inuiolabile dñici corporis sacr̃ꝫ violare p̃sumit. Ad idẽ. b. Ber. Qui s̃m carnẽ viuũt ait: ⁊ post carnalia euagãtur: catena vitioꝝ cõpediri cum pditore venenũ acci piũt: ⁊ spũalis suspẽdij laqueũ icurrũt grauissime dãnãdi. Tũ multiplici reatu. Tuꝫ p sacri ↄtẽptu. An nõ discerneret inter glebas: q̃ discernit int̃ stel las? Examinabit certe argẽtũ: q̃ ip̃m q̃ꝫ aurũ pba uit ⁊ reprobauit. Hec ille. ¶ C Et recte cõparatur pditori iude: q̃ idigne sacr̃m sumit: qm̃ sicut signũ manifestũ pacis ⁊ amicitie est osculũ: ita spũalis vniõis ⁊ diuine dilectiõis panis iste est sacrũ. Qm̃ vn⁹ panis: ⁊ vnũ corp⁹ multi sum⁹: oẽs q̃ d̃ vno pa ne: ⁊ de vno calice participam⁹. Sicut ḡ Judas si gnũ extrinsecũ pacis: osculũ ferebat: q̃d in pectore nõ habebat: ⁊ ipso signo inimicũ ⁊ traditorẽ tege bat. Ita q̃ indigne accedũt: foris sacr̃m charitatis maxime signũ sumũt: ⁊ int⁹ p peccãdi volũtatẽ ini mici ⁊ ↄtẽptores sunt. Cur em̃ q̃ pctã deserere no lunt: sacra in supꝑficiẽ sumũt: nisi vel vt p hypocri sim se foris ictõs simulẽt: nec tñ int⁹ esse volũt? Uo lunt reputari sacerdotes deuoti: volunt iudicari Christiani veri: probi: honesti: bonis similes: esse tamen nolunt. Hinc tantus strepitus ⁊ oblatratio dum indignis phibetur accessus. Currunt: pmit tunt: minantur: ⁊ si non aliter in alienis parochijs furtiue accipiunt: mentiuntur se esse absolutos a sentẽtijs: a censuris: a pctis. Ui q̃d tanta instantia mortem sibi pcurant: nisi quia videri volũt: quod esse nolunt? Si em̃ vellent esse amici Christi: ejice rent ↄcubinas: redderẽt male q̃sita: deponerẽt o dia: repellerẽt vitia: vitã emẽdarẽt: ⁊ reconciliati deo ecclesie ⁊ pximo: cõionem humilr a suis sacer dotibus peterent: ⁊ salubri⁹ obtinerẽt. Aut forte temporale lucrum querũt q̃stum existimãt pieta tem: ⁊ isti manifesti⁹ cum Juda dñm nedum oscu lãtur: sed etiã pro pecunia scelestissime vendũt: lõ ge peiores simoniacis. Nam isti vendũt: aut mer cantur spũalia: illi patrẽ ⁊ dñm spiritũ in questũ auaritie ponũt. Hinc per Hiere. dño causat. Quid est q̃ dilect⁹ meus in domõ mea facit scelera mul ta? Nunq̃d carnes sctẽ auferẽt a te malitias tuas in q̃b⁹ gloriata es. Ut penas Jude excipiũt: cui as similãt in crimine. Judas qui scitatẽ simulabat ⁊ auaritiã occultabat: p̃ciũ sanguinis retulit: ⁊ sus pẽdio seip̃m interemit: sicq̃ seip̃m fama reb⁹ ⁊ vita pariter priuauit. Ita indigne sumentes mysteriũ vnitatis: ⁊ non tenentes vinculum pacis: non acci piunt mysteriũ pro se: sed contra se. ait Aug. in de sacramẽtis fideliũ. Quod etiam experiẽtia decla rat: nam sepe in diffamiã: sepe in paupertatem: se pe in vite abbreuiationem iusto dei iudicio inci dunt. Inde em̃ lites: inde infirmitates: pestilẽtie: ⁊ mortes: vt satis ostendit aplS. j. Coꝛ. xj. et hoc est quod d̃r Eccles. j. Ne sis incredul⁹ timori dñi: ⁊ ne accesseris ad illum duplici corde. Ne fueris hypo crita in ↄspectu hominũ: ⁊ non scandalizaueris in labijs tuis. Attẽde in illis ne forte cadas: ⁊ addu cas anime tue confusionẽ: ⁊ reuelet deus abscõdi tua: ⁊ in medio synagoge elidat te. Quoniam ac cessisti maligne ad dominũ: ⁊ cor tuum plenũ est dolo ⁊ fallacia. ¶ D Secundo: indigna sumptio huius sacramẽti comparat ingratitudini ⁊ blas phemie Judeorum: Judei nanq̃ magna ⁊ multi plicia dona a domino acceperũt: sꝫ ingrati nimis ante aduentum Christi sepius per idololatriã ve rum deum deseruerant. Adueniente v̄o Christo: quem summis patres expectauerant desiderijs: maioris reddiderũt vicem ingratitudinis: dũ mul tiplicia eis exhibita beneficia in infirmoꝝ curatio nibus: ac veritatis doctrinationib⁹ diuinitatis ope ra non sibi: sed demonibus attribuerũt: superad dentes blasphemias in verbis ⁊ factis irridendo: conspuendo: colaphizando: flagellãdo: ad vltimũ morte turpissima cõdemnãdo. Non aliter decipit qui in sacramento Christum indigne accipit. In gratissimus enim est qui maxima dona non põde rat: sed vilipendit. Nullum vnq̃ tñ cõsecuti sunt Judei bñficium: q̃tum in sacramento quotidiano nostri cibi prestitit nobis dominus: vt patet, trãs currendo per singula. Nam vt alia taceam: panẽ angeloꝝ dedit illis: manna. s. in deserto: quib⁹ pa uit istos. xl. annis. Sed dignior est panis quẽ no bis in sacramẽto dominus p̃parauit. Hic est vere panis angeloꝝ. Non ab angelis factus: sed ange lorum factor: de altitudo: gaudiũ ⁊ totum eorũ bo num. Unde de hoc pane verius dicit. Panem an gelorũ mãducauit homo. Quod exponẽs. b. Ber. in fine sermonis de sacro: inq̃t. O stupẽda dei mise ratio: verbum carnem: deus cinerẽ: figulus lutũ: vita morticinium induit: vt iumenta manducarẽt panem angeloꝝ. Homines iumẽta erant: sicut ait pphẽta. Homo cũ in honore esset non intellexit: cõparatus est iumentis insipiẽtibus: ⁊ similis fa ctus est illis. Ea propter cibus supcelestis muta uit se in pabulũ pecoris. Panis em̃ angeloꝝ fact⁹ est fenum. Unicus patris. filius hominis. Uerbũ quippe caro factum est. Et iuxta pphetã. Omnis caro fenum: comedũt ergo angeli verbũ de deo na tum: comedũt homines verbũ caro factũ. Nullum hmõi bñficium excogitari potuit: nec maius ali quod dari. Uere itaq̃ ingratissim⁹ est: qui hoc be neficium vilipẽdit: ⁊ indigna sumptione blasphe mat: non verbo: sed detestabilius opere et facto. Hinc per pphetã Malachiã dominus imprope rat sacerdotib⁹: ⁊ in eis omnibus indigne sumenti bus: ait em̃ Mala. c. j. Si pater vester ego sũ: vbi est honor meus? Et si dominus ego sum: vbi est ti mor meus: ad vos o sacerdotes dicit domin⁹ exer cituum: qui despicitis nomen meum: ⁊ dicitis: in quo despeximus nomen tuum? Offertis super al tare meum panem pollutũ: ⁊ dicitis in quo pollui mus te? Glo. Corripit sermo diuinus episcopos ⁊ ministros ecclesie negligẽtes: ⁊ omnes qui in xp̃o baptizati: Christi nomine censentur: cur nomẽ ei⁹ despiciant: quibus aperit causam offense: quia pa nem pollutum offerunt. Polluit enim panẽ. i. cor pus Christi qui indignus accedit ad altare ⁊ men sam domini: si non scelerata voce: scelerato tamen opere despicit. Et sequitur. Dum sacramẽta vio lantur: ipse cui⁹ est sacr̃m violat. ¶ E Uideamus nũc si non aliquid amplius faciũt illi q̃ Judei. Ju dei faciẽ in quaꝫ angeli ↄspicere desiderãt: sputis ⁊ [illegible] sordis fedauerũt. Sed hi ingratissimi nedum

Marginal notes: Augu. — Remigi⁹. — sup marc. c. xiiij. — In ser. de sacro. — j. Coꝛ. x. — De obq̃ciẽdio ↄcubinis. — Hiere. xj. — Eccle. j. — Ingratitudi ⁊ blasphẽie Judeoꝝ ↄpara t indigna sumptio hui⁹ sacri. — Ps̃. lxxvij. — Ps̃. xlviij. — Esa. xl. — Malac. j. — j. Pe. j.

faciē: sed totū corp⁹ dn̄icū oīs polluti immūdicijs̄ inuoluūt: ⁊ in latrinā fedissimā facinorose ꝯsciētie traÿciunt. Quid min⁹ ingratissimis Judeis rogo faciūt: nisi q̄ hi scienter: illi Judei egerūt ignoranter: hi spūaliter polluūt: illi corporalr̄ fedauerūt. Cōstat dn̄m spūalē magis abominari immūdiciā: q̄ corporalē: ⁊ ideo nō immerito in iudiciū cadūt Judeoꝝ s̄m apl̄m. Judiciū sibi mādūcāt ⁊ bibūt. Quale in diciū⁹ desertiōis certe ⁊ excecatiōis. Deserūt em̄ ampli⁹ a gr̄a: ⁊ ideo magis obdurant. Perdūt lumen cognitiōis: ⁊ iō ꝓfundi⁹ excecant. Qđ recte in māna significatū est: nā a calore solis liq̄fiebat: ⁊ a calore ignis obdurauit. Exo. xvi. Ita cib⁹ salutaris q̄ p̄ calorē amoris diuini, solis ꝯtine liq̄fieri debuit per effectū. i. resoluere aīm i deū: p̄ calorē ignis cōcupiscētie indurat. i. cor idurat p̄ desertionē: ad qđ sequit̄ excecatio: s̄m illud ps. Supcecidit ignis et nō viderūt solē. Ignis haud dubiū: q̄n ꝯcupiscētie ⁊ n̄ viderūt solē iustitie. ¶ F Cōparat̄ tertio pctm̄ indigne sumptiōis pctō crucifigētiū. Crucifixores q̄ppe innocētē dn̄m: q̄ spōte se obtulit p̄ salute oīu ipsi malitiose occiderūt ad ꝓpriū interitū. Et sanguinē quē dn̄s futur⁹ erat ex charitate nimia: i p̄ciū redēptiōis: ipsi effuderūt p̄ iuidiā in penā sue dānatiōis. Ita ⁊ indigne cōicātes passiōis Christi ⁊ mortis sue memoriale: qđ ipse vt medicinā salutarē: pctōrū expiationē: nimio amore reliq̄rat: ac freq̄ntare p̄ceprat: q̄ntū ad seipsos frustrant: ⁊ euacuāt: nō diligētes nec passiōis mysteria: virtutes: ⁊ exēpla rememorādo imitātes: s; ꝯtēnentes in p̄nicie suā sumūt. Hinc plane apl̄s indi. Quicūq̄ mādūcauerit panē ⁊ biberit calicē dn̄i idigne re⁹ erit corporis ⁊ sanguinis dn̄i. Glo. interl. Mortis christi penas dabit: vel de bonis male sumptis maculas trahit. Clamāt hi sanguis ei⁹ sup̄ nos. Uere sup̄ te. i. ꝯ se sanguinē xp̄i aduocāt: q̄ eiusdē sanguinis p̄ciosa mysteria pollutis, cordi infundūt. De Judeis crucifixorib⁹ dr̄. i. Cor. ij. Si regē glie cognouissent: eū vtiq̄ nō crucifixissent. Hi aūt q̄ xp̄m in fide recte intelligāt: ip̄m tn̄ indigna sumptione crucifigere nō erubescūt. Un̄ nec illud benignitatis v̄bū audire merent. Pater ignosce illis: q2 nesciūt q̄d faciūt. De his p̄ ꝓphetā dn̄s ꝯquerit. Super dolorē vulnerū meoꝝ addiderunt: q2 de die in diē irreuerētiā irreuerētie supaddūt. Un̄ ⁊ recte d eis dici pōt v̄bū illud lamētantis p̄triarche Jacob ex p̄sona p̄ris. Fera pessima deuorauit filiū meuz. Gen̄. xxxvij. Nō mādūcant: s; deuorāt: dū sine discretiōe: sine reuerētia: sine amore ⁊ sine sapore velut canes rabidi deglutiūt. ¶ Sed q̄ pena crucifixores dn̄i secuta est. Sciđē Herodes ⁊ Pilat⁹ mala morte interierūt. Ille nāq̄ p̄cussus a dn̄o ꝯsum ptus a v̄mib⁹ expirauit. Iste v̄o referētib⁹ historijs: seip̄m interemit. Quāti deniq̄ Judeoꝝ impij dati sunt p̄ sepultura: ⁊ diuites pro morte sua: s̄m Esaie vaticiniū. Joseph⁹ late describit de Judaico bello. Sic ⁊ indigne sumētiū penas apl̄s exprimit. Ideo indi inter vos dormiūt multi: morte sc; subitanea p̄cussi. vt dicit Lyra. Ita em̄ frequenter puniti fuerāt in p̄mitiua ecclesia: qđ si hodie nō videm⁹ tā freq̄nter accidere: nihil inde gaudēdū: s; multo magis timēdū: ne tpales penas dn̄s refrahat vt eternis acri⁹ p̄uniat: vn̄. ij. Mach. vi. dr̄. Multis tpe nō sinere pctōribus ex snia agere: sed, statim vltiones adhibere: magni beneficij iudiciuz est vt non eos: cum dies iudicij aduenerit: in plenitudine pctōꝝ puniat. ¶ G Et q̄ntum ad omnia hec: ꝓpheta non optādo: sed ꝓphetando ait. Fiat mēsa eoꝝ corāz ipsis in laqueū ⁊c. Eoꝝ: quoꝝ eoꝝ? Eoꝝ certe qui dederunt in escam dn̄i fel: in eucharistia s̄m glo. ⁊ in siti sua dn̄m potauerunt aceto. Sitiuit in cruce: sitit adhuc nostram iustitiā: cōuersionem: amorē salutē. Un̄ ⁊ ꝯuiuium ⁊ refectionē nobis p̄parauit: cibum dans suauissimū proprij corporis: potū vero sanguinis sanatiuū sui preciosi sanguinis. S; indigne sumētes miscēt cibo fel fraterne amaritudinis ac vitiorū: ⁊ acetum frigidi tepiditatis obstupescere faciēs dētes meditationū sanctarū. ¶ Cōtra quos penas ⁊ maledictiōes duodecim indigne sumētiū p̄nūciādo enumerat p̄ suū ꝓphetā q̄ sequunt eos: nisi p̄ dignā penitētiā resipiscāt: cōformiter ad numerū duodecim fructuū: q̄ ꝯsequūtur dignā sacr̄i sumptionē. Qui sunt peccatorum iniq̄tatio: dānatiōis p̄paratio: scandali suscitatio: mētis excecatio: tētatiōis immersio: ire dei ꝓuocatio: vite p̄sentis abbreuiatio: gratuitoꝝ spoliatio peccatorū cumulatio: in peccatis obstinatio. ꝑpetua desertio: finalis ab electis separatio. Hec oīa suo ordine ꝓpheta ꝓsequit: postq̄ in p̄sona dn̄i cōtra aduersarios lamētat⁹ est. Dederūt i escā meā fel: ⁊ in siti mea potauerūt me aceto. Retributionē quā ex hoc meruerūt subiūgit. Fiat mēsa eoruz corā ipsis in laqueū: sc; peccati: quoad primū. Et in retributiones: sc; dānatiōis quo ad secūdū. Et in scādalū: quo impingētes iruāt in peccatuz quo ad tertiū. Obscurent oculi eoꝝ ne videant sc; verū solē illuminātē ad viā vite: quo ad quartuz. Et dorsum eoꝝ semper incurua: pōdere videlicet tētationū: quoad quintū. Effunde sup̄ eos irā tuā ⁊ furor ire tue ꝯp̄hēdat eos: ad accipiēdū de eis vindiciā: quo ad sextū. Fiat habitatio eoꝝ deserta p̄ vite presentis ablationem: mortēq̄ subitaz quo ad septimū. Et in tabernaculis eoꝝ nō sit qui inhabitet. i. tēplo ⁊ regio palatio inhabitet deuoto mētis affectu p̄ gratuitoꝝ spoliationē: q̄ ad octauum. Et sequit. Appone iniquitatē sup̄ iniquitatem eos: vt peccatū indigne sumptiōis suo pōdere trahat ad aliud: ad aggregādū cumulū peccatorū: quoad nonū. Et nō intrēt in iustitiā tuā relinquēdo suā: sic q̄ maneant obstinati in sua iustitia apparēte: que est maxima iniustitia: ex cōmuniōe iustos se ostēdūt: q̄ntus p̄ eū: qi idigne accedūt magis in peccatis obfirment: ⁊ portas vere iustitie sibi claudūt: quo ad decimū. Deleant de libro viuētiū: p̄ eoꝝ ꝑpetuā desertionez in peccatis: quo ad vndecimū. Et cū iustis nō scribant: p̄ eoꝝ ꝑpetuā separationē a iustis ad vitā eternā p̄destinatis: in finali ouiū ⁊ hedoꝝ separatione: quo ad duodecimū. ¶ Ex his aliquaten⁹ pōt cōijci peccatū indigne sumptionis p̄ peccatoꝝ grauitatē ad q̄ cōpat. ¶ H Sed si queris an peccata ad que cōparatur sint simpliciter grauiora: vel eque grauia: gr̄a exēpli. Utrū pctm̄ traditiōis iude simplr̄ sit grauius indigna sumptiōe: vel ecōuerso. ¶ Pro cui⁹ solutione aduertēdū post sanctum Tho. par. iij. q. viij. ar. v. peccatū vnū pōt dici graue seu graui⁹ vl' ex obiecto: vel ex circūstātia. Prima grauitas dr̄ grauitas pcti ex genere siue p̄ se. Scđa dr̄ grauitas pcti p̄ accidēs siue ex circunstātia. Loquēdo de grauitate pcti ex genere: hic est ordo grauitatis pctōꝝ: q2 oē pctm̄ aut cōmittit in deū: aut in creaturā siue ꝓximū. Nūc ḡ ex p̄te obiecti: oīa pctā in deū cōmissa grauiora sunt pctis ꝯmissis in creaturā. Pctā commissa in deū sunt duplicia: q2 aut ꝯmittunt in naturā diuinā: vt infidelitas: blasphemia: odiū dei ⁊ se idolatria: ⁊ similia: ⁊ illa sunt simplr̄ maxima pctā ex p̄te obiecti. Aut ꝯmittunt in hūanitatē xp̄i. Et hoc dupliciter: aut in hūanitatē xp̄i manifestā: vt crucifixio xp̄i: ei⁹ flagellatio ⁊c. Aut tectā sp̄e sacramētali vt indigna sumptio: vel celebratio ꝯ ordinē institutū. Pctā ḡ ꝯmissa in hūanitatē xp̄i manifestā: vt visibilis ambulantis in terris sunt grauiora: q̄ ea q̄ ꝯmittunt in sub sacro latētē. ¶ Patet ḡ q̄ simplr̄ ⁊ q̄ntū ad gen⁹ pcti: graui⁹ est hoc pctm̄ indigne sumptiōis oī peccato cōmisso in ꝓximū: vt graui⁹ homicidio: spoliatione: adulterio sacrilegio: incestu traditione persone: ciuitatis ⁊ cetera. Sed peccata commissa in deitatem similiter ⁊ in humanita-

ps. lvij.

Peccatuz idigne sūptiōis cōparat pec cato crucifigentiū.

i. Cor. ij.

Psa. lxviij.

i. Petri. i.

Ps. lxviij.

Peccatuz potest dici graue vel graui⁹ ex obiecto vl' ex circunstātia.

tē xp̄i aperte ⁊ manifeste sunt grauiora. ¶ Ex circūstātia ꝓ o pctm̄ est grauius altero ex parte ipsi⁹ peccantis.: vt q2 ex ignorātia:vel infirmitate: aut certa malitia. Ex cōtēptu vel ex surreptiōe: ex magna vel modica libidine:⁊ ita de aliis circūstātiis. Et fm̄ hoc pōt pctm̄ in ꝓximū vt latrocinium esse grauius q̄ indigna sumptio:vt si nō fit ex temeritate:s3 timore ꝯfusiōis aut pene. Sic ēt stat q̄ indigna sūptio sit magis pctm̄: q̄ infidelitas:aut blasphemia:vt qñ ex maiori ꝯtēptu:⁊ infidelitas nō sit ꝑuinax:s3 cōtingit ex aliq̄ deceptiōe. Et ita p3 respōsio ad q̄situm. Et tm̄ de illo dubio q̄rto. ¶ Ꝫ De dubio quinto tāgēte frequētationē hui⁹ sacri:vide licet vtrū expediat frequēter cōmunicare. Et vt specialius q̄rat:pōt esse dubiū vtrū existēti in statu in quo pōt laudabiliter celebrare vel cōmunicare:in quo etiā pōt laudabiliter abstinere:melius sit abstinere q̄ accedere vel celebrare. ¶ Et arguit̄ pmo q̄ neutrū sit alio meli⁹. Nā dr̄ Aug. li. de eccle. dogmatibus ⁊ habet̄ de ꝯse. di. ij. quotidie Quotidie eucharistie cōmunionē accipere nec laudo:nec vitupero. Sequit̄. Si dixerit q̄spiā nō quotidie accipiēdū eucharistiā:alius affirmat quotidie:faciat vnusquisq̄ qḋ fm̄ fidē suā pie credit faciēdū. Neq̄ eñ litigauerūt inter se:aut quisq̄ eoꝝ se alteri ꝑposuit zache⁹:⁊ ille cēturio:cū alter eoꝝ gaudens in domū suā suscepit dn̄m. Alter dixit. O dn̄e non sum di. vt intres sub tectū meū. Ambo saluatorem honorificātes:q̄uis nō vno mō. Ambo pctis miseri:ambo misericordiā ꝯsecuti. Ad hoc valet q̄ māna fm̄ ꝓpriā volūtatē in ore cuiuscunq̄ sapiebat. Ex hac autoritate colligit̄ qḋ neutrū alteri ꝑferi̇ in casu posito:accedere sc3 ⁊ abstinere. ¶ Preterea multi sanctoꝝ spm̄ dei habētiū refugerūt sacerdotium:ne cogerentur celebrare: vt beat⁹ Marcus euāgelista:qui sibi pollicē amputasse dr̄:vt sacerdotio reprobus inueniret̄:vt dicit Hiero. in ꝓlogo super Marcū:similiter beat⁹ Frācisc⁹: beatus Benedictus:⁊ plerīq̄ alij ad sacerdotiū ꝓmoueri recusabāt. Quidā etiā vocati humiliter paruerūt officiū sacerdotale amplectētes:⁊ hostiā sacratissimam quotidie offerētes. Nā ⁊ btūs Cassio. narnēsis ep̄s:q̄ quotidianū deo sacrificiū offerre cōsueuerat:seq̄ in lachrymis inter ipsa sacrificioꝝ arcana mactabat:mādatū dn̄i suscepit dicētis. Operare qḋ operaris:nō cesset pes tu⁹:nō cesset man⁹ tua natali aplōrum venies ad me: ⁊ retribuā tibi mercedē tuā. Qui post septē annos ipso aplōrum natalitio:cū missarū solēnia peregisset: e corpore exiuit:vt testat̄ beat⁹ Greg. iiij. dial. c. viii. Sācti aūt in vtroq̄ credunt̄ placuisse deo:nō errasse:neq̄ in virtutibus dispares fuisse: vt dicit Chryso. In sanctis aūt:inuere pares virtutes dissimiles pugne:gloriose victorie:ideo videt̄ vtrūq̄ eque fore cōmendabile. ¶ R Deinde arguit̄ qḋ melius sit ꝑpter accedētis humilitatē ⁊ sacri reuerentiā ⁊ dignitatē abstinere q̄ accedere. Ueritas respōdere debet figure:ergo sicut agn⁹ paschalis nō debuit nisi semel in anno immolari ergo nō.: s3 ver⁹ agn⁹ xp̄s in sacro: nisi semel in anno immolari ⁊ sumi. Item sicut baptismus q̄ significat mortē dn̄i (vt. s. dictū est) nō nisi semel accipit̄ in vita:ita ⁊ eucharistia qua similit̄r mors dn̄i fm̄ aplm̄ annūciat̄: nō nisi semel accipiēda est in vita eadē rōne. ¶ Preterea in mādūcatiōe spūali nullū est periculū: in sacrāli ē piculū est:nisi hō sit bene par⁹. S3 via securior ē eligēda: s3 raro ē cōicādū sacrālr̄ ⁊ freq̄nter spūalr̄:⁊ ꝑ ꝯsequēs freq̄nt̄ abstiner̄ ē melius q̄ frequēter accedere. ¶ Preterea. Qui accedit cōsiderat effectū ⁊ fructū sacri:⁊ ita ꝯmodū ꝓpriū. Qui vero nō accedit:attēdit gloriā dei:⁊ dignitatē maiestatis ei⁹. S3 magis bonū est cōsiderare ⁊ querere gloriā dei q̄ cōmodū ꝓpriū:ergo ⁊c. Cōseq̄ntia nota cū maiore. Et minor ꝓbatur:q2 accedere modo dicto ꝓcedit ex amore cōcupiscētie: abstinere ratiōe prefata ꝓcedit ex amore amicitie:nūc autē ꝑfectior ⁊ excellētior est amor dei amicitie: q̄ amor dei cōcupiscētie:ergo ⁊ actus ꝓcedens ex illo amore amicitie:est ꝑfectior actu ꝓcedēte ex amore cōcupiscētie. Siquidē nobiliorū virtutū nobiliores sunt actus:amor autem amicitie ad charitatē pertinet:amor concupiscentie ad spem. ¶ Quod

Ambro.

aūt melius sit accedere arguit̄. Primo q2 quotidie est accedēdū:⁊ ita nullo die abstinēdū. Antecedēs est beati Ambro. lib. j. de sacra. Panis iste quotidianus est accipe quotidie qḋ quotidie tibi ꝓsit. Sic viue vt q̄tidie merearis accipere. de ꝯse. di. ij. nō iste. Preterea semꝑ est accedēdū: igit̄ nō abstinēdum. Cōsequētia nota. Antecedēs est dei Ambro. et habet̄ de ꝯse. di. ij. Si quotiēscūq̄. Si quotiēscūq̄ effundit̄ sanguis xp̄i:in remissionē peccatorum effundit̄:debeo merito semꝑ accipere: q̄ semꝑ pecco:semꝑ accipe debeo medicinā. ¶ Itē Calixt⁹ papa de cōsecratio. dist. ij. peracta: dicit. Peracta cōsecratiōe:oēs cōmunicēt:q̄ noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic eñ apostoli statuerūt:⁊ sctā romana tenet ecclīa. ¶ Itē Hilari⁹ eadē dist. si nō

Hilarius.

ait. Si nō sunt tāta pctā vt excōicet̄ q̄s. i. vt dign⁹ sit excōicatiōe (nā oē mortale est dignū excōicatione) nō debet se a medicina corꝑis ⁊ sanguis dn̄i separare. His autoritatib⁹ vel p̄cipit̄ vel cōsulit̄ fidelibus quotidie cōicare:s3 p̄ceptū sitr̄ ⁊ cōsilium est de meliori:ergo meli⁹ est accedere q̄ abstinere ¶ Preterea quāto hō frequēti⁹ accedit:tāto magis dignificat̄ ⁊ deo approximat:s3 meli⁹ est dignificari ⁊ deo approximare:ergo. Antecedens patet:q2 ꝑ vnū dignū accessum accedēs dignificat̄ ⁊ deo vnitur:ac gr̄a auget̄:ergo quāto frequēti⁹ id agit:tāto magis dignificat̄ ⁊ deo appropinquat. Quia cū frequētatiōe mysterij:crescit nostre salutis effect⁹ vt dr̄ in collecta. ¶ Preterea ex accessu multiplex ꝓuenit cōmodū ⁊ accedenti ⁊ alijs eccl̄ie mēbris. Ex abstinētia aūt a bono opere nullū ꝓuenit commodū:s3 si p̄ceptū nō fuerit:nullū sequatur pctm̄. S3 melius est id quo cōmodū ꝓcurat̄ sibi ⁊ eccl̄ie q̄ quo illa negligūt̄. Ad hoc facit parabola de seruo inutili:q̄ talētū sibi traditū abscōdit in sudario

Luc.xix.

Autoritas aūt celebrādi ꝓ viuis ⁊ mortuis talētū est magnū sacerdoti cōmissum ad ꝓfectū tot⁹ ecclesie:ideo abscōdēdo illud:⁊ nō offerēdo ad vtilitatem viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ: videt̄ incurrere sugillatiōnē serui negligētis talētū sibi cōmissum abscondētis. Ad hoc facit illud Bede in quodā trac. q̄ sacerdos nō legitime impedit⁹ celebrare omittens

Beda.

quātū in eo est:ꝑuat sanctā trinitatē laude ⁊ gloria:angelos letitia:pctōres venia iustos subsidio ⁊ gratia:in purgatorio existētes refrigerio:ecclesiam speciali xp̄i beneficio:⁊ seipm̄ medicina ⁊ remedio. ¶ L Pro solutiōe hui⁹ dubij aduertēdum qḋ vt patet ex forma dubij:dubiū nō loquit̄ de indignis ⁊ indispositis:q̄ indigna sumptione incurrūt maledictiōes superiore lectiōe recitatas. His

Bernar.

eñ nō sit bonū accedere:malū tñ est simpliciter abstinere. Cōtra illos loquit̄ beat⁹ Bernar. in ser. de festo pasche:cui⁹ principium est. Uicit leo: Deprehēsi estis inter angustias ꝑuaricatores:nō q2 preuaricatores estis:s3 q2 ꝑsistitis i ꝑuaricatiōe: addētes ꝑuaricationē:aut penit⁹ impenitētes: aut tepide penitētes. Nec periculosa fugiētes vt post miserā experiētiā incētiua pctī. Irretiuit vos inimicus:ꝑplexis:vt ait (Job. xl.) scriptura neruis testiculoꝝ. Si hac cōsciētia xp̄i sacra refugitis:nihil vobis cōmune cū xp̄o:nō habetis vitam in vobis. Ipsum audite dicētē. Nisi mādūcaueritis carnem filij hois:⁊ biberitis ei⁹ sanguinē:nō habebitis vitā i vobis. Si indigne suscipitis:iudiciū vobis mādūcatis scīm corp⁹ dn̄i nō dijudicātes. Redite preuaricatores ad cor: ⁊ in toto corde q̄rite dn̄m:et

odire malū:penitētes nō v̄bo tm̄ ꝛ lingua:ſʒ ſpū ꝛ v̄itate. Hec Bernar. Neq̄ attendūt iſti q̄tū ſibi-ipſis nocēt abſtinēdo a cōmunione ꝛ celebratione ſi fuerit ſacerdotes dicētes ſibiipſis meli⁹ eſt cor pus xp̄i nō ſumere:miſſam nō celebrare:quā indi-ne accedere:qḋ vtiq̄ verū eſt. Melius ideſt min⁹ malū. Nā dicit ſcriptura. Nō eſt bonū ſumere pa nē filiorū ꝛ mittere canib⁹. Sʒ hec ſciētes nō eru-beſcūt miſeri eſſe canes ipudētiſſimi:q̄ vocati ſunt in partē filiorū dei. Nec timēt eſſe vaſa mortis fa-cta in interitū:ꝛ receptacula immūdicie:q̄ eſſe de berēt loc⁹ ꝛ hoſpitiū:atq̄ vaſa mūda vite ꝛ gr̄e:im mo fontis vite ꝛ glorie. O quāta eos manēt tormē ta q̄ dn̄o hoſpitiū negāt ſi maiora ſodomitis p̄pa-rata ſunt his:q̄ xp̄i ſeruos nō recipiūt. Si q̄ mini-mū xp̄i diſcipulū hoſpitio non colligunt:audituri ſunt. Diſcedite a me maledicti in ignē eternuʒ: q̄ hoſpes fui ꝛ nō collegiſtis me. Quid audituri ſunt q̄ xp̄ʒ in p̄pria veniētē: cū ſint ſui:ſubſtātia ꝛ offō nō recipiūt? Sodomite q̄ angelos veniētes nō col legerūt:igne ꝛ ſulphure puniti ſunt. Haud dubiū q̄ dn̄m angelor̄ pulſantē ad fores cordis:vt cenet cū eis ſuſcipere ɔtēnūt:vt ſuis libidinib⁹ vacēt q̄n mittēdi ſint i ſtagnū ardētē ſulphureū:nūq̄ inde liberādi. De his ergo dubiū noſtrū nō q̄rit. Sʒ de illis qui ſibi bene ſunt cōſcij:quor̄ quidā accedūt q̄dā ex reuerentia ſacri aſtinēt. Nō tn̄ de illis q̄ ali quo debito rōne officij religiōis aut beneficij tenē tur cōicare vel celebrare. Hi eñ nō ſunt in ſtatu in quo p̄nt laudabiliter abſtinere. Siqdē ois debēs nō ſoluēs debitū cū pōt:nō ſoluēdo peccat. ¶ M Uñ cōſequēter aduertēdū:ꝙ colligēdo q̄ doctores ſcribūt de varia ſumptiōe hui⁹ ſacri:pōt diſtingui quadruplex mādūcatio hui⁹ ſacri:ſcilicet

Mat.xv.

Eiuſdeʒ.xxv.

Gen.xix.

Mādūcatio q̄druplex hui⁹ ſacri.

Mādūcatio:
- Pure corporalis.
- Sacramentalis tantum.
- Spiritualis tantum.
- Sacr̄alis ꝛ ſpūalis ſimul.

¶ F Cōparat tertio pctm̄ indigne sumptiōis pctō crucifigētiū. Crucifixores q̄ppe innocētē dn̄m: q̄ spōte se obtulit p salute oīꝫ ipsi malitiose occiderūt ad ppriū interitū. Et sanguinē quē dn̄s fusur⁹ erat ex charitate nimia: i. p̄cīū redēptiōis: ipsi effuderūt p inuidiā in penā sue dānatiōis. Ita ⁊ indigne cōtrātes passiōis Christi ⁊ mortis sue memoriale: qđ ipse vt medicinā salutarē: pctōrūꝫ expiatiōnē: nimio amore reliq̄rat: ac freq̄ntare p̄cepat: ꝙtū ad seipsos frustrant: ⁊ euacuāt: nō diligētes nec passiōis mysteria: virtutes ⁊ exēpla rememorādo imitātes: sꝫ ↄtēnentes in pnicié suā sumūt. Hinc plane aplš inq̄t. Quicūq; mādūcauerit panē ⁊ biberit calicē dn̄i idigne re⁹ erit corporis ⁊ sanguinis dn̄i. Glo. interli. Mortis chr̄isti penas dabit: vel de bonis male sumptis maculas trahit. Clamāt hi sanguis ei⁹ sup nos. Uere sup se. i. ↄ se sanguinē xp̄i aduocāt: q̄ eiuſdē sanguinis p̄tiosa mysteria polluto cordi infundūt. De Judeis crucifixorib⁹ dr̄. i. Coꝝ. ij. Si regē glie cognouissent: eū vtiq; nō crucifixissent. Hi aūt ꝙꝙ xp̄m in fide recte intelligāt: ipm̄ tn̄ indigna sumptione crucifigere nō erubescūt. Uñ nec illud benignitatis v̄bū audire merent. Pater ignosce illis: q̄ nesciūt q̄d faciūt. De his p pphetā dn̄s ↄquerit. Super dolorē vulnerū meoꝝ addiderunt: q̄ de die in diē irreuerētiā irreuerētie supaddūt. Uñ ⁊ recte de eis dici pōt v̄bū illud lamētantis pr̄iarche Jacob ex psona pr̄is. Fera pessima deuorauit filiū meuꝫ. Gen. xxxvij. Nō mādūcant: sꝫ deuorāt: dū sine discretiōe: sine reuerētia: sine amore ⁊ sine sapore velut canes rabidi degluciūt. ¶ Sed q̄ pena crucifixores dn̄i secuta est. Sciēdē Herodes ⁊ Pilat⁹ mala morte interierūt. Ille nāq; pcussus a dn̄o ↄsumptus a v̄mib⁹ expirauit. Iste v̄o referētib⁹ historijs: seipm̄ interemit. Quāti deniq; Judeoꝝ impūdati sunt p sepultura: ⁊ diuites pro morte sua: fm Esaie vaticiniū. Joseph⁹ late describit de Judaico bello. Sic ⁊ indigne sumētiū penas aplš exprimit. Ideo inq̄t inter vos dormiūt multi: morte scꝫ subitanea pcussi. vt dicit Lyra. Ita em̄ frequenter puniti fuerāt in p̄mitiua ecclesia: qđ si hodie nō videm⁹ tā freq̄nter accidere: nihil inde gaudēdū: sꝫ multo magis timēdū: ne tales penas dn̄s reseruat vt eternis acri⁹ puniat: vñ. ij. Mach. vj. dr̄. Multo tpe nō sinere pctōribus ex snia agere: sed statiꝫ vltiones adhibere: magni beneficij indiciuꝫ est vt non eos: cum dies iudicij aduenerit: in plenitudine pctōꝝ puniat. ¶ G Et ꝙtum ad omnia hec: ppheta non optādo: sed pphetando ait. Fiat mēsa eoꝝ coraꝫ ipsis in laqueū ⁊c. Eoꝝ: quoꝝ eoꝝ: Eoꝝ certe qui dederunt in escam dn̄i fel: in eucharistia fm glo. ⁊ in siti sua dn̄m potauerunt aceto. Sitiuit in cruce: sitit adhuc nostram iustitiā: cōuersionem: amorē salutē. Uñ ⁊ ↄuiuium ⁊ refectionē nobis p̄parauit: cibum dans suauissimū proprij corporis: potū oīs lāguoris sanatiuū sui preciosi sanguinis. Sꝫ indigne sumētes miscēt cibo fel fraterne amaritudinis ac vitiorū: ⁊ acetum frigidi spūs obstupescere faciēs dētes meditationū sanctarū.

I. Petri. j.

¶ Cōtra quos penas ⁊ maledictiōes duodecim indigne sumētiū p̄nūciādo enumerat p suū pphetā q̄ sequunt eos: nisi p dignā penitētiā resipiscāt: cōformiter ad numerū duodecim fructuū: q̄ ↄsequūtur dignā sacri sumptionē. Qui sunt peccatorum illaq̄atio: dānatiōis p̄paratio: scandali suscitatio: mētis excecatio: tētatiōis immersio: ire dei prouocatio: vite p̄sentis abbreuiatio: gratuitoꝝ spoliatio: peccatorū cumulatio: in peccatis obstinatio. ppetua desertio: finalis ab electis separatio. Hec oīa suo ordine ppheta psequit: postq; in psona dn̄i cōtra aduersarios lamētat⁹ est. Dederūt i escā meā fel: ⁊ in siti mea potauerūt me aceto. Retributionē quā ex hoc meruerūt subiūgit. Fiat mēsa eoruꝫ corā ipsis in laqueū: scꝫ peccati: quoad primū. Et in retributiones: scꝫ dānatiōis quo ad secūdū. Et in scādalū: quo impingētes irruāt in peccatuꝫ quo ad tertiū. Obscurent oculi eoꝝ ne videant scꝫ verū solē illuminātē ad viā vite: quo ad quartuꝫ. Et dorsum eoꝝ semper incurua: pōdere videlicet tētationū: quoad quintū. Effunde sup eos irā tuā ⁊ furor ire tue ↄphēdat eos: ad accipiēdū de eis vindictā: quo ad sextū. Fiat habitatio eoꝝ deserta p vite presentis ablationem: mortēq; subitaꝫ quo ad septimū. Et in tabernaculis eoꝝ nō sit qui inhabitet. i. tēplo ⁊ regio palatio inhabitet deuotis mētis affectu p gratuitoꝝ spoliationē: q̄d ad octauum. Et sequit. Appone iniquitatē sup iniquitatem eos: vt peccatū indigne sumptiōis suo pōdere trahat ad aliud: ad aggregādū cumulū peccatorū: quoad nonū. Et nō intrēt in iustitiā tuā relinquēdo tuā: sic ꝙ maneant obstinati in sua iustitia apparēte: que est maxima iniustitia: ex cōmuniōe iustos se ostēdūt: ꝙuis p cā: q̄ idigne accedūt magis in peccatis obfirment: ⁊ portas vere iustitie sibi claudūt: quo ad decimū. Deleant de libro viuētiū: p eoꝝ ppetuā desertionēꝫ in peccatis: quo ad vndecimū. Et cū iustis nō scribant: p eoꝝ ppetuā separationē a iustis ad vitā eternā p̄destinatis: in finali ouiū ⁊ hedoꝝ separatione: quo ad duodecimū. ¶ Ex his aliquaten⁹ pōt cōijci peccatū indigne sumptionis p peccatoꝝ grauitatē ad q̄ cōpat.

Ps. lxviij.

¶ H Sed si queris an peccata ad que cōpatur sint simpliciter grauiora: vel eque grauia: gra exēpli. Utrū pctm̄ traditiōis iude simplr sit graui⁹ indigna sumptiōe: vel ecōuerso. ¶ Pro cui⁹ solutione aduertēdū post sanctum Tho. par. iij. q. viij. ar. v. peccatū vnū pōt dici graue seu graui⁹ vl ex obiecto: vel ex circūstātia. Prima grauitas dr̄ grauitas pcti ex genere sine p se. Scda dr̄ grauitas pcti p accidēs siue ex circunstātia. Loquēdo de grauitate pcti ex genere: hic est ordo grauitatꝭ pctōꝝ: q̄ oē pctm̄ aut cōmittit in deū: aut in creaturā siue primū. Nūc g̃ ex pte obiecti: oīa pctā in deū cōmissa grauiora sunt pctis ↄmissis in creaturā. Pctā commissa in deū sunt duplicia: q̄ aut ↄmittunt in naturā diuinā: vt infidelitas: blasphemia; odiū dei ⁊ sic idolatria: ⁊ similia: ⁊ illa sunt simplr maxima pctā ex pte obiecti. Aut ↄmittunt in hūanitatē xp̄i. Et hoc dupliciter: aut in hūanitatē xp̄i manifestā: vt crucifixio xp̄i: ei⁹ flagellatio ⁊c. Aut tectā spē sacrali: vt indigna sumptio: vel celebratio ↄ ordinē institutū. Pctā g̃ ↄmissa in hūanitatē xp̄i manifestā: vt visibilis ambulauit in terris sunt grauiora: ꝙ ea q̄ ↄmittunt in sub sacro latētē. ¶ Patet g̃ q̄ simplr ⁊ ꝙtū ad gen⁹ pcti: graui⁹ est hoc pctm̄ indigne sūptiōis oī peccato cōmisso in primū: vt graui⁹ homicidio: spoliatione: adulterio sacrilegio: incestu traditione persone: ciuitatis ⁊ cetera. Sed peccata commissa in deitatem similiter ⁊ in humanita-

Peccatuꝫ potest dici graue vel graui⁹ ex obiecto vl ex circunstātia.

tē xpi aperte & manifeste sunt grauiora. ¶ Ex cir-
cūstātia īo pctm̄ est grauius altero ex parte ipsi⁹
peccantis.: vt qz ex ignorātia: vel infirmitate: aut
certa malitia. Ex cōtēptu vel ex surreptiōe: ex ma-
gna vel modica libidine: & ita de alijs circūstātijs.
Et ſm hoc pōt pctm̄ in ,primū vt latrocinium esse
grauius q̄ indigna sumptio: vt si nō fit ex temerita
te: sz timore ɔfusiōis aut pene. Sic ēt stat q̄ indi-
gna sūptio sit magis pctm̄: q̄ infidelitas: aut bla-
sphemia: vt qñ ex maiori ɔtēptu: & infidelitas nō sit
ptinax: sz cōtingit ex aliq̄ deceptiōe. Et ita pz re-
spōsio ad q̄sitū. Et tm̄ de illo dubio q̄rto. ¶ J De
dubio quinto tāgēte frequētationē hui⁹ sacri vide
licet vtrū expediat frequēter cōmunicare. Et vt spe
cialius q̄rat: pōt esse dubiū vtrū existēti in statu in
quo pōt laudabiliter celebrare vel cōmunicare: in
quo etiā pōt laudabiliter abstinere: melius sit ab
stinere q̄ accedere vel celebrare. ¶ Et arguit̄ pmo
q̄ neutrū sit alio meli⁹. Nā dt Aug. li. de eccle. do-
gmatibus & habet̄ de ɔse. di. ij. quotidie Quotidie
eucharistie cōmunionē accipere nec laudo: nec vi
tupero. Sequit̄. Si dixerit q̄spiā nō quotidie acci
piēdū eucharistiā: alius affirmat quotidie: faciat
vnusquisq̄ qđ ſz fidē suā pie credit faciēdū. Neq̄
eñ litigauerūt inter se: aut quisq̄ eoꝝ se alteri ,p
posuit zache⁹: & ille cētūrio: cū alter eoꝝ gaudens
in domū suā suscepit dn̄m. Alter dixit. O dn̄e non
sum dī. vt intres sub tectū meū. Ambo saluatorē
honorificātes: q̄uis nō vno mō. Ambo pctīs mise
ri: ambo misericordiā ɔsecuti. Ad hoc valet q̄ mā-
na ſm ,ppriā voluntatē in ore cuiuscunq̄ sapiebat.
Ex hac autoritate colligit̄ qđ neutrū alteri p̄ferē
in casu posito: accedere scʒ & abstinere. ¶ Preterea
multi sanctoꝝ spm̄ dei habētiū refugerūt sacerdo
tium: ne cogerentur celebrare: vt beat⁹ Marcus
euāgelista: qui sibi pollicē amputasse dt: vt sacer-
dotio reprobus inueniret̄: vt dicit Hiero. in ,plo-
go super Marcū: similiter beat⁹ Frācisc⁹: beatus
Benedictus: & plerisq̄ alij ad sacerdotiū ,pmoueri
recusabāt. Quidē etiā vocati humiliter paruerūt
officiū sacerdotale amplectētes: & hostiā sacratissi
mam quotidie offerētes. Nā & btūs Cassio. narnē
sis epūs: q̄ quotidianū deo sacrificiū offerre cōsue-
uerat: secq̄ in lachrymis inter ipsa sacrificioꝝ ar-
cana mactabat: mādatū dn̄i suscepit dicētis. Ope
rare qđ operaris: nō cesset pes tu⁹: nō cesset man⁹
tua natali aploꝝum venies ad me: & retribuā tibi
mercedē tuā. Qui post septē annos ipso aploꝝum
natalitio: cū missarū solēnia peregisset: e corpore
exiuit: vt testat̄ beat⁹ Greg. iiij. dial. c. vlti. Sācti
aūt in vtroq̄ credunt̄ placuisse deo: & nō errasse: ne
q̄ in virtutibus dispares fuisse: vt dicit Chryso.
In sanctis att: fuere pares virtutes dissimiles pu
gne: gloriose victorie: ideo videt̄ vtrūq̄ eque fore
cōmendabile. ¶ R Deinde arguit̄ qđ melius sit ,p
pter accedētis humilitatē & sacri reuerentiā & di-
gnitatē abstinere q̄ accedere. Ueritas respōdere
debet figure: ergo sicut agn⁹ paschalis nō debuit
nisi semel in anno immolari ergo nō dz ver⁹ agn⁹
xp̄s in sacro: nisi semel in anno immolari & sumi.
Item sicut baptismus q̄ significat mortē dn̄i (vt. s.
dictū est) nō nisi semel accipit̄ in vita: ita & eucha-
ristia qua similr mors dn̄i ſm aplm̄ annūciat̄: nō
nisi semel accipiēda est in vita eadē rōne. ¶ Pre-
terea in māducatiōe spūali nullū est periculū: in
sacrali aūt piculū est: nisi hō sit bene parat⁹. Sz via
securior ē eligēda: & raro ē cōicādū sacralr & freq̄n
ter spūalr: & ,p ɔsequēs freq̄nt abstiner̄ ē melius q̄
frequēter accedere. ¶ Preterea. Qui accedit cōsi-
derat effectū & fructū sacri: & ita ɔmodū ,ppriū. Qui
vero nō accedit: attēdit gloriā dei: & dignitatē ma-
iestatis ei⁹. Sz magis bonū est cōsiderare & quē-
rere gloriā dei: q̄ cōmodū ,ppriū: ergo &c. Cōsequē
tia nota cū maiore. Et minor ,pbatur: qz accedere

modo dicto ,pcedit ex amore cōcupiscētie: abstine
re ratiōe prefata ,pcedit ex amore amicitie: nūc au
tē ,pfectior & excellētior est amor dei amicitie: q̄ a-
mor dei cōcupiscētie: ergo & actus ,pcedens ex illo
amore amicitie: est ,pfectior actu ,pcedēte ex amo-
re cōcupiscētie. Siquidē nobilioꝝ ꝟtutū nobilio-
res sunt actus: amor autem amicitie ad charitatē
pertinet: amor concupiscentie ad spem. ¶ Quod
aūt melius sit accedere argui̅t. Primo qz quotidie
est accedēdū: & ita nullo die abstinēdū. Antecedēs
est beati Ambro. lib. j. de sacra. Panis iste quoti-
dianus est accipe quotidie qđ quotidie tibi ,psit.
Sic viue vt q̄tidie merearis accipere. de ɔse. di. ij.
nō iste. Preterea semp est accedēdū: igit̄ nō absti-
nēdum. Cōsequētia nota. Antecedēs est dti Amb.
et habet̄ de ɔse. di. ij Si quotiēscūq̄. Si quotiēscū
q̄ effundit̄ sanguis xp̄i: in remissionē peccatorum
effundit̄: debeo merito semp accipere: q̄ semp pec
co: semp accipe debeo medicinā. ¶ Itē Calixt⁹ pa
pa de cōsecratio. dist. ij. peracta: dicit. Peracta cō-
secratiōe: oēs cōmunicēt: q̄ noluerint ecclesiasticis
carere liminibus. Sic eñ apostoli statuerūt: & sctā
romana tenet ecclia. ¶ Itē Hilari⁹ eadē dist. si nō
ait. Si nō sunt tāta pctā vt excōicet̄ qs. i. vt dign⁹
sit excōicatiōe (nā oē mortale est dignū excōicatio
ne) nō debet se a medicina corpis & sanguis dn̄i se
parare. His autoritatib⁹ vel p̄cipit̄ vel cōsulit̄ fi
delibus quotidie cōicare: sz p̄ceptū sīr & cōsilium
est de meliori: ergo meli⁹ est accedere q̄ abstinere
¶ Preterea quāto hō frequēti⁹ accedit: tāto mag̃
dignificat̄ & deo approximat: sz meli⁹ est dignifica
ri & deo approximare: ergo. Antecedens patet: qz
,p vnū dignū accessum accedēs dignificat̄ & deo vni
tur: ac gr̄a augeť: ergo quāto frequēti⁹ id agit: tā-
to magis dignificat̄ & deo appropinquat. Quia cū
frequētatiōe mysterij: crescit nostre salutis effect⁹.
vt dr in collecta. ¶ Preterea ex accessu multiplex
,puenit cōmodū & accedenti & alijs eccl'ie mēbris.
Ex abstinētia aūt a bono opere nullū ,puenit com
modū: sz si p̄ceptū nō fuerit: nullū sequatur pctm̄.
Sz melius est id quo cōmodū ,pcurat̄ sibi & eccl'ie
q̄ quo illa negligūt̄. Ad hoc facit parabola de ser
uo inutili: q̄ talētū sibi traditū abscōdit in sudario

Luc. xix.

Autoritas aūt celebrādi ,p viuis & mortuis talētū
est magnū sacerdoti cōmissum ad ,pfectū toti⁹ ec
clesie: ideo abscōdēdo illud: & nō offerēdo ad vtili-
tatem viuoꝝ & mortuoꝝ: videt̄ incurrere sugilla-
tionē serui negligētis talētū sibi cōmissum abscon
dētis. Ad hoc facit illud Bede in quodā trac. q̄ sa

Beda.

cerdos nō legitime impedit⁹ celebrare omittens
q̄ātū in eo est: ,pūat sanctā trinitatē laude & glo
ria: angelos letitia: pctōres venia iustos subsidio
& gratia: in purgatorio existētes refrigerio: eccle-
siam speciali xp̄i beneficio: & seipm̄ medicina & re-
medio. ¶ L Pro solutiōe hui⁹ dubij aduertēdum
qđ vt patet ex forma dubij: dubiū nō loquit̄ de in-
dignis & indispositis: q̄ indigna sumptione incur-
rūt maledictiōes superiore lectiōe recitatas. His

Bernar.

eñ nō sit bonū accedere: malū tñ est simpliciter ab
stinere. Cōtra illos loquit̄ beat⁹ Bernar. in ser. de
festo pasche: cui⁹ principium est. Dicit leo: Depre
hēsi estis inter angustias p̄uaricatores: nō qz pre
uaricatores estis: sz qz p̄sistitis in p̄uaricatiōe: ad-
dētes p̄uaricationē: aut penit⁹ impenitētes: aut
tepide penitētes. Nec periculosa fugiētes: vel post
miserā experiētiā incētiua pctī. Irretiunt vos ini-
micus: pplexis: vt ait (Job. xl.) scriptura neruis te
sticuloꝝ. Si hac cōsciētia xp̄i sacra refugitis: nihil
vobis cōmune cū xp̄o: nō habetis vitam in vobis.
Ipsum audite dicētē. Nisi māducaueritis carnē
filij hois: & biberitis ei⁹ sanguinē: nō habebitis vi
tā i vobis. Si indigne suscipitis: iudiciū vobis mā
ducatis scēm corp⁹ dn̄i nō dijudicātes. Redite p̄-
uaricatores ad cor: & in toto corde q̄rite dn̄m: & et

Ambro.

Hilarius.

odite malū:penitētes nō v̾bo tm̄ ⁊ lingua:ſʒ ſpū ⁊ v̾itate. Hec Bernar. Neq̧ attendūt iſti q̄ntū ſibi-ipſis nocēt abſtinēdo a cōmunione ⁊ celebratione ſi fuerit ſacerdotes dicētes ſibiipſis meli⁹ eſt cor pus xp̄i nō ſumere:miſſam nō celebrare:q̄uā indi-ne accedere:qđ vtiq̧ verū eſt. Melius idest min⁹ malū. Nā dicit ſcriptura. Nō eſt bonū ſumere pa nē filiorū ⁊ mittere canib⁹. Sʒ hec ſciētes nō eru-deſcūt miſeri eſſe canes ipudētiſſimi:q̄ vocati ſunt in partē filiorū dei. Nec timēt eſſe vaſa mortis fa-cta in interitū:⁊ receptacula immūdicie:q̄ eſſe de berēt loc⁹ ⁊ hoſpitiū:atq̧ vaſa mūda vite ⁊ gr̄e:im mo fontis vite ⁊ glori ꝛ. O quāta eos manēt tormē ta q̄ dn̄o hoſpitiū negāt ſi maiora ſodomitis ꝑpa-rata ſunt his:q̄ xp̄i ſeruos nō recipiūt. Si q̄ mini-mū xp̄i diſcipulū hoſpitio non colligunt:audituri ſunt. Diſcedite a me maledicti in ignē eternū: q̄ hoſpes fui ⁊ nō collegiſtis me. Quid audituri ſunt q̄ xp̄ʒ in ꝓpria veniētē: cū ſint ſui: ſubſtātia ⁊ offō nō recipiūt? Sodomite q̄ angelos veniētes nō col legerūt:igne ⁊ ſulphure puniti ſunt. Haud dubiū q̄ dn̄m angelorū pulſantē ad fores cordis:vt cenet cū eis ſuſcipere ꝯtēnūt:vt ſuis libidinib⁹ vacēt q̄n mittēdi ſint i ſtagnū ardētē ſulphureū: nūq̧ inde liberādi. De his ergo dubiū noſtrū nō q̄rit. Sʒ de illis qui ſibi bene ſunt cōſcij:quorū quidā accedūt q̄dā ex reuerentia ſacri aſtinēt. Nō tn̄ de illis q̄ ali quo debito rōne officij religiōis aut beneficij tenē tur cōicare vel celebrare. Hi eīn nō ſunt in ſtatu in quo p̄nt laudabiliter abſtinere. Siq̄dē ois debēs nō ſoluēs debitū cū p̄ōt:nō ſoluēdo peccat. ¶ Mi nū cōſequēter aduertēdū:q̧ colligēdo q̄ doctores ſcribūt de varia ſumptiōe hui⁹ ſacri:p̄ōt diſtingui quadruplex mādūcatio hui⁹ ſacri:ſcilicet

Mat.xv.

Eiuſdeʒ. xxv.

Gen.xix.

Mādūcatio q̄druplex hui⁹ ſacri.

Mādūcatio { Pure corporalis. / Sacramentalis tantum. / Spiritualis tantum. / Sacralis ⁊ ſpūalis ſimul.

¶ Mādūcatio corporalis tm̄: eſt comeſtio ſpecie-rum ſacraliū:vt cibi corꝑalis: nullo habito reſpe-ctu ad rōnē ſacramēti: quō manducat ſacrm̄ aial brutum mus vel porcus: nō potēs cognoſcere rō nem ſacri. Hoc etiā mō ſumit fidelis vel infidelis: dū ſpecies illas accipit:vt aliū corꝑis cibū: nihil cogitās de ſacro. Eſt tamē ⁊ alius mod⁹ corpora-lem intelligēdi mādūcationē ſiue carnalē:quō iu dei intellexerūt v̾ba xp̄i de quo. ſ. dictum eſt:lec. xxxvi. ¶ Mādūcatio ſacralis tm̄ eſt actualis ſuſce ptio ſacri cū intētione ſumendi vt ſacrm̄:ſine fide formata charitate. Dicitur eīn cū intētiōe ſumēdi vt ſacrm̄.i.vt alicuius rei ſignificatiuū vel cōtēti-uum. Requirit eīn intētio ſumēdi ſacrm̄ ſcḋm fidem ſacri:q̄ fides ſit in ipſo ſumēte vel in alio. In ipſo vt in fideli credēte in ſacro ꝯtineri xp̄m. Uel i alio vt in heretico:ſeu infideli volenti tn̄ ſumere eodē modo quo fideles ſumūt:ad eundē ſcʒ effectū. Ut exēpli cauſa ſi talis ſumeret hoſtiā cōſecratā cogi tans ⁊ intendēs:volo ſumere ad eundē effectū ad xp̄iani:fiat qđ fieri p̄ōt:ſʒ nō crederet aliq̄d ſacrū ꝯtineri ſub hoſtia. Ille q̄dē:ſic ſumēs ſumeret ſa-cramētaliter:q̄ nō vt aliū cibū corporalē nec ſpūa liter:ergo ſacraliter:alioq̄n oporteret ponere q̄n-tum mēbrū. Hec eſt intētio Alex.parte.iiij.q.xliij. mēbro.iiij. Qđ eīn intētio ſumēdi vt ſacrm̄ requi-ratur ad ſumptionē ſacramētaliter: declarat per ſiſe de adulto:ſi ab alio lauaret i aqua ꝓferēte for mā baptizandi:ipſe tn̄ nō intēderet baptizari:ſed ſimpl̄r lauari:velut in alia aqua nō lauaret ſacra liter:nec baptizaret. Si vero intēderet baptizari ſiue lauari vt xp̄iani intēdūt dicēs ſibi. Uolo hoc fieri circa me eodē modo quo xp̄iani credūt: ſʒ nō crederet lotionē illā eſſe alicui⁹ efficacie; vere ba-ptizaretur. Ex illo patet q̧ aliud eſt mādūcare ſa cramētum:⁊ mādūcare ſacramētaliter: q̄ unus et

Quid ſit manducatio corꝑalis tm̄.

Joan.vi.

Quid ſit manducatio ſacralis tm̄.

Aliud eſt mādūcare ſacrm̄: aliud mādūcare ſacramētaliter.

infidelis māducat ſacrm̄: ſumēs ſpecies panis ſi-cut alium cibū:⁊ tn̄ nō ſacraliter. ¶ Manducatio ſpiritualis tm̄ eſt fide formata id xp̄m actu vel ha bitu credēdo et vt capiti mēbrū incorporari: ſine actuali ſpecierū ſacramētaliū ſumptione. Dicitur fide formata:ꝓpter angelos q̄ nō mādūcāt ſpūalr̄ hoc ſacrm̄:ſʒ xp̄o fruuū in gl̄ia: q̄ nō habēt fidē ſʒ viſionē clarā:idē eſt de beatis. Dicitur credendo actu ꝓpter adultos i chriſtū credētes. Dicit̄ habi tu ꝓpter paruulos baptizatos:q̄ habēt fidē infu-ſam:ſil'r ⁊ charitatē. De hoc latius vide ſupra lec. xxxvj. Dicit̄ ſine actuali ⁊c. ad excludēdū mādūca tionē ſacramētalē. ¶ Mādūcatio ſacralis ⁊ ſpūa-lis ſimul:eſt actualis ſumptio ſacri cū fide forma-ta charitatē:ſumētē ſumpto incorporante. Et p̄ʒ declaratio ex p̄cedētib⁹. ¶ N Cōſequēter ſuppo-no cū magiſtro lib.iiij.ſen.diſt.j.⁊ doctorib⁹ ibidē ſcribentibus:qđ ſacra no.le.virtute operis opera ti cōferunt gratiā:ita qđ nō requirit̄ bon⁹ motus interior qui merat̄ gratiā:ſʒ ſufficit qđ ſuſcipiens nō ponat obicē. Sicut in ſacris ⁊ in ſacrificijs vet. teſt. nō cōferebat̄ gratia ex hoc ſolo qđ ſuſcipiens ſacro vtebat̄ nō ponēs obicē:ſʒ tm̄ ꝯferebat̄ ex vir tute boni motus interioris tāq̧ meriti vt dt Sco. in ſcrip.iiij.di.j.q.v. qđ dictū ſic intelligo:qđ ſuſci-piēs ſacrm̄ nō ſolū cōſequit̄ grātiā tantā quātam merer̄ bonus mot⁹ interior:quo ſuſcipiēs cōuerti tur in deū:ſiue de cōdigno:ſiue de cōgruo. Sed vl tra hoc cōſequit̄ gratiā:vel gratie augmētū ex ſa-cramēti efficacia:quā operaret̄ in nō ponēte obicē nō rōne actualis deuotiōis vel diſpoſitiōis: qđ ꝓ p̄rium ſacris no.le. alioquin fruſtra ſuſciperet̄ ſa-cramētū vbi de ſuſcipiēdo nō obligat p̄ceptū. Nil eīn adderet perſonalis diſpoſitio merito qđ habe retur etiā ſine ſacro. Et hoc eſt qđ dicit btūs Aug. et allegat magiſter vbi.ſ. volēs aperire differētiā inter ſacra vete.teſt.⁊ ſacra no.le. Ille inquit ꝓmit tebant tm̄ ⁊ ſignificabāt:hec aūt dāt ſalutē. Si āt ſacra no.le. nō darēt gratiā:niſi quātū exigit acci-piētis diſpoſitio iā nō aliter darēt ſalutē: q̧ ſacramē ta vete.teſta. In quorū viu etiā iudei ipſis ex de-uotione:⁊ p̄cepti diuini obediētia vtētes gratiam acceperūt:quātū eorū preparatio exigebat:ſʒ quia non acceperunt ex efficacia ſacrorum:dicūtur non dare:ſʒ ſignificare ⁊ ꝓmittere ſalutem. Nec certe no.le.ſacra darēt ſalutē. Nūc aūt dāt ſalutē: quia poſt meritū diſpoſitiōis vtētiū ex efficacia quam ſortiunt̄ ex inſtitutiōe xp̄i: ⁊ merito paſſiōis eius: conferūt gr̄am qua ſaluamur. Hinc ait Gerſon in trac. de pollutiōib⁹ nocturnis. Celebratio habet efficaciā magnā virtute opis operati ꝓpter quaʒ no tātūdē valet volūtas ſola celebrandi ſicut par volūtas actu celebrās. Addit itaq̧ op⁹ hoc exte-rius aliquid bonitatis ad bonitatē volūtatis:pro pter meritū paſſionis xp̄i:ideo dici ſolet opus p̄ri uilegiatū. ¶ O His premiſſis reſpōdeo ad dubiūʒ ꝑ tres ꝓpoſitiones. Prima:vtrūq̧ ſcʒ accedere ad euchariſtie ſacramētalē cōiōnē:⁊ ab eadē abſtine re:in caſu dubij p̄ōt eſſe meritorium ⁊ laudabile. Probat̄ ꝓ prima parte: q̄ q̄ digne accēdit vt po-nit caſus dubij:accedēdo meret̄ fruct⁹ eius ꝑcipe re vt deductū eſt.ſ.lec.lxxxv. Itē ꝓ dignā ſumptio nē meret̄ ſumēs vitā eternā ſcḋm illud. Qui mādū-cat me:⁊ ipſe viuet ꝓpter me. ¶ Scḋa pars ꝓbat̄: q̄ p̄ōt aliquis ad ſumptionē ſufficiēter diſpoſit⁹ (puta nō exiſtēs in mortali) attēdere ſacri dignita tē ⁊ tremēdā excellētiā:ſuāq̧ fragilitatē:⁊ ex humi litate ꝓpter ſacri reuerētiā abſtinere:ſe reputan-do indignū. Et ille act⁹ quo elicit velle abſtinere: eſt actus p̄cedēs a virtute fidei ⁊ humilitatis:or-dinabilis in deū:q̄ dei magnificatiuus: ⁊ ꝑ cōſe-quens p̄ōt eſſe meritorius. Ad hoc eſt autoritas Aug.ſ. Allegata:vbi dicit de zacheo ⁊ cēturione: ambo ſaluatorē honorificātes:honorificare autē

Quid ſit mādūcatio ſpūalis tm̄.

Mādūcatio ſacralis ⁊ ſpūalis ſimul quid ſit.

Sup fo. lxxiij.

Gerſon.

Joā.vi.

salvatorē est meritoriū. ¶ Scda ppositio. In casu dubij: quo scz pōt quis laudabiliter abstinere et laudabiliter accedere: fructuosius est: meliꝰ. & laudabilr accedere sumēdo eucharistiā sacrāliter et spūaliter: ꝙ abstinēdo a sumptiōe sacrali: sumere tm̄ spūaliter. Probat multipliciter, primo: qr maiorē fructū cōsequit primꝰ ꝙ secūdꝰ ergo. Cōseqn tia nota. Antecedēs pbat. Quia oēm fructū quez cōsequit secundus: cōsequit primꝰ: qm̄ ambo man ducāt spiritualiter: & pono ꝙ sint eque dispositi: & vltra hoc cōsequitur fructū: quē dat sumptio sacri ex opere operato: quē nō cōsequit nō sumēs sacraliter: vt pz ex notabili vltimo. Preterea qr accedere pcedit a nobiliori virtute ꝙ abstinere: ergo est actus nobilior. Tenet cōsequētia: qr quāto ꝟtus perfectior: tanto actus eiꝰ nobilior. Antecedēs patet qr actꝰ accedēdi procedit a charitate & dilectione huius sacri: & in eo contētū: sz actus abstinendi elicitus hoc est velle abstinere: pcedit a timore: sz perfectior est virtus charitatis & dilectionis ꝙ timoris. Preterea actus accedēdi pcedit ex pluribꝰ ꝟtutibꝰ: vel saltē cōparit secū plures ꝟtutes: ꝙ actus abstinēdi: ergo est melior. Antecedēs pbat. Quia accedēs nō minꝰ se humiliat: ꝙ abstinēs: et vltra hoc hz ꝟtutē diuine cōfidētie. Nā quis cōsiderans excellentissimā magnitudinem huiꝰ sacri: ex quo mouet motu reuerētie. Cōsiderās etiā suā imperfectionē: ex quo mouet motu plunde humilitatis. Cōsiderās denique periculū in indigno accessu: & p hoc mouet motu timoris: ac sic abstinet iudicās se minꝰ dignū tali cibo supercelesti. Aliꝰ vo eadē cōsiderās: eisdē virtutū motibꝰ mouet: & vltra hoc cōsiderās ineffabilē dei bonitatē: miraz dilectionē: qua nobis in hoc sacro seipsum in cibum dedit: volēs vt eo vteremur & per hūc mouet motu cōfidētie in diuinā misericordiā: nihil in se: aut in suis meritis: sz in sola dei misericordia cōfidēs: et desiderat deo vniri: qḋ dilectiōis est: hz ꝟtutes oēs quas habet abstinēs: & vltra cōfidētiā: que valde deo placet: ad quā frequēter adhortatꝰ est dicens: Confide fili &c. Itē nō vti sacro cuz pōt & phat vicēt est quedā gradꝰ ingratitudinis: ex opposito vti beneficio: qḋ est quedā recognitio beneficiati gradus est gratitudinis: ergo preter ꝟtutes predictas: sumptio sacri pcedit etiā ex gratitudine. Faciūt ad idē rōnes supra pro illa parte adducte.

¶ P Tertia ppositio est. Etsi nō peccēt: imprudēter tñ agūt & stulte: qui dispositi abstinēt a sacramētali cōmunione. Primū qḋ nō peccent patet ex ppositione prima. Quod imprudēter agūt & stulte abstinēdo pbat post Gers. magnificat trac. ix. Nā imprudēter agit quo ad ceteras: Stulte ꝙ ad se. Nā p hoc sacrificium dat gloria deo in altissimis. Et in terra pax hoībꝰ bone volūtatis. Ipsum letificat angelos: liberat in purgatorio detentos vt eorum pena brevior sit et lenior. Viatoribꝰ impetrat nūc conuersionē ad gratiā: nūc ꝯseruationem in gratia: nūc ꝯtra mūdi pericula firmamētum: nūc angelorū custodiā: & refrenatione temptationū. Tanta aūt bona negligere imprudētie est: ne dicā impietatis. Stulte agūt quo ad se: tū qr se magnis & multis bonis priuāt que ꝯsequerent ex ope operato. Tū qr stultus est timor ille: vel reuerētia minus prudēs qui ad: dñm se vocātez & inuitātē nō accedit: sz procrastinat: & coruina voce dicit: cras cras. Vñ sepe venit illud Nasonis. Qui nō est hodie: cras minꝰ aptꝰ erit. Denique talibꝰ ꝙ nolūt accedere: nisi sint actualiter deuoti & feruidi: ꝯtingit similiter agere quasi frigidis nolētibꝰ igni appropinquare: nisi prius calidi sint: & infirmis nolētibꝰ consulere medicū: nisi prius sani sint: qḋ ꝙ stultū sit: nemo est ꝙ ignorat. ¶ Et si quis dicat ꝯcationem a celebratione ideo fieri: vt ipsa postea reuerentius & deuotiꝰ quāto rariꝰ fiat. Respōdet cācellarius Gerson loco tractatꝰ de celebratiōibꝰ allegato. Fatemur inqt posse sic euenire. Sz ex aduerso cōtingere pōt ꝙ talis subtractio remouebit habitū ad bonū: cuiꝰ effectꝰ sz pħm est declarare. Signū inqt acqsiti habitꝰ: esti ope delectari. ij. Ethico. Subdit. Distraheris hodie: parū deuotꝰ es: parū recollectꝰ: plurimū tētatꝰ a carne mūdo: demōe Credo eqdē: sz agnoueris qḋ nō dormiūt ꝙ tē ꝯsequunt: cras idē erūt aduersantes tibi hostes: tunc ꝙ deuotiōi insidiātes: ꝙles sunt hodie. Quo circa nō irrationabilr ꝯsuluit sapiēs quodcūque pōt manus tua instāter operare. Nescis eni qn̄ tale tps ad laudabiliter celebrādū tibi ꝯcedet: ꝙle mō habes. Et si vtrūque habebis: vtrūque meliꝰ est. Esto qḋ sueris in hac vel illa die defectuosus: cur nouū defectū i nō celebrādo superinducis? Sz frigidꝰ sui dicis aut tepidꝰ. Sepe substinuit initiū celebratiōis hominē parū deuotū & frigidū: quē in fine dimittit calidū & feruidū. Corpꝰ: xpi ignis est spūalis accede fiducialiter ad hūc ignē: calesces faciliꝰ. Audiamus Ambro. orātē. Graue est qḋ ad mēsaz tuā mūdo corde: & innocētibꝰ manibꝰ nō venimus sz grauiꝰ est: si qi peccata metuimꝰ: sacrificiū non reddimus. Et subdit. Licet igit p obediētia adsistere: & p indulgētia petere: p officio ministrare: p remedio immolare: & p populo obsecrare. Preterea aut sic timēs celebrare abstinet: qr ꝯfidens de industria sua: sperat se alio in tpe magis aptū futurū: aut qr maiorē dei grām se ꝓparāte expectat. Si primuz: stulta est ꝓsumptio. Neque eni toto tpe vite sue quārūlibet in lōgū ꝓtracte: qs sua industria dignū se reddere pōt tāta cōmunione autoris eius. boni infiniti. ¶ Q Unde & hoc oi accedere volūtati ignorādū nō est: qḋ precipue ex diuino munere: & nō ex nostra industria seu ꝓparatiōe reddimur digni ꝑticipatiōe sacri. Hoc cogitatū & masticatū hūiliabit nos vehemēter: & pfecto hūilitas sola est ꝙ disponit p digna tāti hospitis in aie cenaculo susceptiōe: Si secūdū: fatuus est hec expectatio a dño: ꝙ semp sublato impedimēto: ꝓsto est: nec nouit tarda molimia spūsscti grā vt ait Amb. Nec abbreuiata est manꝰ dñi: vt saluare nō possit: neque aggrauata auris eius vt nō exaudiat. Esa. lix. Stat pulsans ad ostium: petit introitū vt cenet tecū: tm̄ aperi ianuaz cordis: remoue mortalis peccati gratie repagula: fac quod in te est secundum modum supra lectione septima & octaua expositum et secure suscipe christum: et in promissum eius veritate, nō in tua vanitate fidēs volūtarie sibi sacrifica. Immūda es o aia: accede indi cācellario: mūdans: ad fontē puritatis incorruptibilem. Esuris: accede pascēda ad panē viuificū & indeficiēbilē eiꝰ: etē bonis implētē. Egrotas: erit hoc efficacissimū tue inualitudinis medicamētuz. Fluxū pateris: nec sanari poteris a medicis tuis. i. exercitijs: tāge plena fide cū emoroissa fimbriā vestimēti iesu: sacrosanctā. i. hostiā vt restringaris. Si ꝑcussam te sentis a serpētibꝰ ꝑuersarū temptationū: ꝙd restat nisi vt serpētē xpz eneū sine veneno eleuatū inspicias? Si dicis cū ꝓpheta. Qm̄ vnica pauper sum ego: ꝑticeps esto huiꝰ sacrosācti mysterij: habebis xpz comitē fidū: & hospitē ditissimuz. Cecā te fortassis debilē claudā ꝯqreris: memineris qm̄ tales ad cenā magni regis inuitant: & intrare cōpellunt. Lubrica sūt idēo & instabilis: sz hic panis ꝯfirmat cor. Tristis est anxia: sz hoc vinū hoiez interiorē letificat. Inqetāt te & turbāt plurima: ad here ergo turbidos fluctꝰ sedat: ꝙ est pax nr̃a. Insuper qui ait in mundo pressuram: in me pacem habebitis. Peregrinaris a domino: sed in fortitudine cibi illius ambulabis vsque ad montem dei. Nō ergo formidandum: sed in domino sperādū: & ipse ēnutriet & non confundet. Nō in multitudine virtutis sue: & sua preparatione seu propria deuotio

dispositi | abstinēt | sacrali | ... | nō peccēt | imprudē- | ter tamen | agunt.

Ouidius.

Eccl'ia. i x

In quadā homelia.

Joā. xvi,

ne:sed in se deficiendū:in solo domino cōfidendū. Euenit nōnūq̄ vt turbationes:pugne deordinationes ⁊ seditates inferi⁹ sensualiter agitate:succrescere faciant superi⁹ meritū nostrū sicut econtra magna vtrobiq̄ serenitas:superbie ventū ola fundit⁹ euertentē repente quādoq̄ inducit (vt ars indicat.) ¶ R Sȝ diceres. Si tant⁹ est fructus frequētis sumptionis:tunc nō solū quotidie:sed etiā eodē die frequētius esset sumendū:sicut eodē die frequēter orandū ⁊ meritorie est operādū. Consequēs est cōtra illud decretū Alexā. pape de cōse. dist.i. sufficit. Rñdetur fm Alex. de ales parte.iiij. q.iij. mēbro.iij. qḋ pluries vno die sumere eucharistiā extra casus in iure expressos:in quib⁹ scȝ lȝ pluries vna die celebrare:nō est cōcessum propter plures ratiōes:que sunt:defect⁹ debite reuerētie:presumptio dignitatis pprie:⁊ insufficiētia gratitudinis reddēde ¶ Ad dignā sumptionē dominici corpis requirit meditatio excellētie tanti sacramēti:vt sic mens excitetur ad sumēdū cū reuerentia ⁊ deuotione. Requiritur etiā consideratio pprie indignitatis:vt excitet animus ad sumēdum cū timore. Requirit quoq̄ rememoratio aut estimatio beneficētie dei:que magna ⁊ multiplex apparet in beneficio hui⁹ sacramēti:vt excitet homo ad sumendū cū gratiarū actione Hec aūt difficulter digne exhibētur pluries vna die:vnde tandē in consuetudinē veniret sine hac preparatione sumere:⁊ p hoc min⁹ reuerenter. Preterea sacramētū illud sumit in memoriā mortis xpi fm aplm vno ergo die nō nisi semel sumēdū est sine necessitate:sicut xps tm̄ semel mortu⁹ est. His de causis dicit in decreto supra allegato. Sufficit sacerdoti vnā missam in die vna celebrare:quia xps semel passus est:⁊ totū mūdū redemit. Nō modica res est vnā missam facere:⁊ valde felix est qui vnā digne celebrare pōt. Quidā tñ p defunctis vnā faciunt:alterā de die si necesse fuerit. Qui vero pro pecunijs vel adulationib⁹ secularīū vna die presumunt plures facere missas:nō existimo euadere dānationē. Hec ibi. ¶ Sunt aūt casus in quib⁹ lȝ plures missas vno die celebrare:quatuor:quos ponūt summiste. Prim⁹ in die natiuitatis dñi:vt habet de cele. missa. cōsuluisti:lȝ tres missas cātare. Scḋs qui statim in pasca posit⁹ est. Terti⁹ ppter necessitatē pegrinorū infirmorū:aut forte nuptiarū. Quart⁹ duȝ ppter raritatē sacerdotū:vel paupertatē ecclesiarū vni sacerdoti plures ecclesie cōmendant. In istis vltimis trib⁹ casib⁹ vltra duas celebrare nō lȝ:vt in glo. c. sufficit allegati. Quoties aūt sacerdos voluerit scḋm missam celebrare in prima ablutionē sumere nō dȝ vt ieiun⁹ vel sit ad scḋm:vt habet de cele. missa. ex parte. ¶ S per hoc ad ratiōes in principio motas. Ad primaȝ de Cēturione ⁊ Zacheo dr:q̄ beat⁹ Aug. vult qḋ dū aliq̄s est sine pcti mortalis cōsciētia:nō obligatus celebrare ex officio:nec aliter impedit⁹:hȝ vtrūq̄ in sua ptāte licēter facere ⁊ laudabiliter accedere vel aut abstinere:vt dixit propositio prima. Nec vnū alteri vniuersaliter ⁊ in omni casu preferēdū. Vñ quotidie celebrare respectu cuiuscūq̄ nō est gñaliter laudādū vel repꝛehendēdū:q: datur casus in quo illud:⁊ alius casus in quo aliud est preferendū. Stat em̄ aliquē nō esse quotidie dispositū etiā sine sui culpa:stat aliū nihil habere impedimēti. Scḋo laudabile est quotidie accedere:nō sic primo. Unde qḋ simpliciter sit laudabil⁹ accedere cōcludit:cū addit. Sic viue vt sp merearis accedere. Et in de verbis dñi. Iste panis quotidianus ē:accipe quotidie vt quotidie tibi psit. ¶ Ad scḋm de sctis patrib⁹ abstinētib⁹:rñdet cāceliari⁹ dicēs Facta quorūdā veneranda magis sunt pia interpretatiōe:q̄ in exēplū agēdi trahēda. Deniq̄ diuersa sunt dona ⁊ vocationes in diuersis prout spūssanct⁹ voluerit. Uaria em̄ operat⁹ est dñs in sctis suis:in q̄b⁹ lȝ ⁊ vbiq̄ est mirabilis:ad ꝯmēdatione diuersaꝝ ꝟtutū. Vñ in primis de q̄b⁹ arguit ꝯmēdat humilitas:in altero deuotiōis ac charitatis feruor:nec oib⁹ oia data sunt. Et qḋ addit q̄ scti nō fuerint dispares ꝟtutib⁹:nō est simpliciter veꝝ:qm̄ alter altero sanctior:sicut in māsionibus alter est altero sublimior. Chrys. ꝟo loquit de paritate ꝟtutū quātū ad gen⁹ ꝟtutis ad salutē necessarie. Sic em̄ pares fuerūt ppter carū cōnexionē nō aūt quātū ad ꝟtutis intēsionē. ¶ Ad illas que arguūt q̄ meli⁹ sit abstinere ⁊c. Ad pmā de agno paschali dr fȝ Alex. q̄ scrm̄ hoc fuit plib⁹ figuris pfiguratū diuersis respectib⁹:quaꝝ figurarū aliq̄ fuerunt frequēter iterate:alie semel tm̄ vel rarius exhibite. Agn⁹ paschalis figura est hui⁹ scrī inq̄tū est memoriale passiōis:⁊ ita pncipalr passiōis xp̄i:⁊ ex pñquēti eucharistie. Christ⁹ aūt semel tātū immolat⁹ est in cruce:ꝯ agn⁹ tm̄ semel in anno edebat. Māna ꝟo fuit figura hui⁹ scrī in rōne cibi q̄ diēb⁹ singulis māducabāt. ¶ Ad aliū de baptismo:dicit q̄ baptism⁹ est figura mortis christi:inquātū in baptismo morimur pctō:pſertim originali. Hoc aūt nō cōtingit nisi semel:q: pctm̄ originale dimissum non reddit. Eucharistia est memoria passiōis vt nīi refectiua in donis ꝟtutibus ⁊ gratijs:q̄ refectio iterat. Itē baptism⁹ characterē imprimit:ideo iterari nō dȝ:sec⁹ de scro eucharistie. ¶ Ad tertiū dr:q̄ ois pparatio interior reqsita ad digne spūaliter cōicādū sufficit ad digne sacramētaliter sumēdū:⁊ sō est equa securitas. Nā q̄libet nō dign⁹ spūali māducatiōe:est in picnlo mortis eterne:q: in mortali:qḋ maximū est piculū:in quo q̄s nō fuerit:sine piculo māducat sacramentalr. Dispositio aūt exterior:vt ieiuniū nature ⁊ similia satis certa sunt:⁊ ita sine piculo cauerí possūt. ¶ Ad aliud iā patuit ex pbatione scḋe ppositiōis:q̄ accedēs nō tātū ꝯmodū suū q̄rit:sed magis gloriā ⁊ reuerētiā dei. Nā accedēdo representat summā dei charitatē qua p nobis passus est in cruce:fm illud. Hoc facite in meā ꝯmemorationē. Representat infinitā ei⁹ potētiā:qua Christ⁹ de⁹ ⁊ homo tā mirabiliter nobiscū esse voluit in tātilla sacramēti specie. Representat infinitā dei bonitatē q̄ se sic in refectionē aīe dare voluit nobis indignis cibū vite. Representat ineffabilē ei⁹ sapiētiā:vt eo ordine nos repararet quo cecideram⁹ a statu innocentie:vñ Inno. Panē angeloꝝ manducauit homo:quaten⁹ vñ mors oriebat:inde vita resurgeret. Dictū est q̄ppe de illo. Quacūq̄ die comederis:morte morieris. Dicit aūt de isto. Si q̄s māducauerit ex hoc pane:viuet in eternū:vñ fm Inno. magis redūdat in gloriā dei accessus:q̄ abstinētia ab eodē. Vñ patet q̄ q̄ digne accedit:nō tantū ex amore ꝯcupiscētie:sed magis ex amore amicitie accedit. Ad illa que arguūt p parte opposita:si intelligūtur de acceptionib⁹ digne:sunt pro scḋa p positione:si aūt loquūt gñaliter dicēdū q̄ autoritas inducta intellig̃ ꝯ ceteris parib⁹:cessante impedimēto ⁊ de ꝯsilio nō de necessitate pcepti. ¶ Ad illa de cōmodis ⁊ vtilitatib⁹ q̄ sequunt accessuȝ:dr q̄ ⁊ si cōmēdabile est q̄ hmōi ꝯmoda ⁊ fruct⁹ acq̄rant accedēti:⁊ alijs nō:tñ nō est in pcepto:⁊ ideo sine pctō pōt omitti. Nō em̄ tenemur oia impēdere deo nobis primo q̄ possum⁹:sȝ illa dūtaxat ad q̄ precepta nos obligāt. Parabola etiā de talēto loq̄t de his q̄ in officiū acceperūt bona dñi vt ea dispēsarēt. Si q̄s ex officio celebrare tenet:⁊ nō celebrat:incurrit ingratitudinē serui nequā. ¶ Ad autoritatē Bede dicit:q̄ merito mouere dȝ exhortādo sacerdotes ad frequēter celebrādū qḋ q̄ nō faciunt puāt ⁊c. nō aliq̄d auferēdo sȝ nō ipēdēdo qḋ ipēdere possēt. Et hoc extra casuȝ necessitatis:aut pcepti nō inducit pctm̄:sȝ exhibitio magnū hēat meritū.

Obiectio.

Solutio obiectiōis.

Ad dignā sūptionē dñici corporis, reqsita.

I. Cor. xi.

Cas⁹ quatuor i q̄b⁹ lȝ plures missas vno die celebrare

Māna fuit figura hui⁹ sacri in ratiōe cibi.

Innocen.

¶ V Sed circa hoc q̄rit̄ vtrū sacerdos possit a celebratione hui⁹ mysterij ppetuo cessare ex reuerētia sine mortali pctō. [Questio.] Ad hoc videt̄ dr̄e Alex. parte iiij. q. lj. mēb. ij. q̄ sic. vñ ait. Existimo tñ si q̄s sacerdos nō hēs curā alarū: nec offīm: nec bñficiū pp̄ter q̄d hēt necesse celebrare: ꝛ ab reuerētiā sacri ꝛ timorē sue indignitatis: cessaret semꝑ nisi inīūgeretur sibi. Jussū a superiore: q̄ non peccaret mortalr̄. [Rnsio.] Et satis ꝯcordat san. Bonauē. in. iiij. dist. xij. q. iiij. dicēs: q̄ sacerdos si nō viuit de altari: sꝫ in sua libertate manet: nō tenet̄ magis q̄ ali⁹ homo: nisi d̄ bono ꝛ equo. [Bonauē.] Et notent̄ singule cāe q̄s ponit Alexan. ¶ Verū btūs Tho. illud dictū reputat irrōnabile: vñ ait par. iij. q. lxxxij. art. x. ꝛ in. iiij. di. xiij. q. ij. ar. j. [Thomas] Unusq̄sq̄ tenet̄ vti grā sibi data cū fuerit opportunum: s̄m illud. ij. Cor. vi. Hortamur ne in vacuū grām dei recipiatis. [ij. Cor. vi.] Opportunitas aūt offerendi nō solū attēdit̄ ꝑ fideles Christi: q̄bus opꝫ sacrā ministrare: sed p̄ncipalr̄ ꝑ cōparationē ad deū: cui in ꝯsecrōne hui⁹ sacri sacrificiū offert̄. Unū sacerdoti etiā si nō hꝫ curā alarū: nō lꝫ oīno a celebratione cessare. Facit ad idē illud Greg. Dū crescūt dona: etiā rōnes crescūt donoꝝ. ꝛ. j. Pe. iiij. [Grego. j. Pe. iiij.] Unusq̄sq̄ sicut accepit grām: in alterutrū illā administrātes. Reus ergo erit negligētie: si cui data est ptās nobilissima: illa nō vtat̄ ad honorē dei: ꝛ salutē suā et alioꝝ viuoꝝ ꝛ mortuoꝝ. Sed saltē vr̄ q̄ celebrare teneat̄ in p̄cipuis festis: ꝛ maxie in illis dieb⁹: q̄b⁹ fideles cōicare ꝯsueuerūt. Grauī⁹ aūt peccāt q̄ nō ex sacri: sed ina lasciuia: aut secularīū negotioꝝ cura: omittūt: q̄b⁹ dici pōt illud. ij. Mach. iiij. q̄ iam nō circa altaris officiū dediti erāt: sed ꝯtēpto templo: ꝛ sacrificijs neglectis: festinarūt participes esse palestre: ꝛ patrios honores nihili habētes: grecas glorias optimas arbitrabant̄. ¶ Et lꝫ opinio b. Tho. videat̄ ꝓbabilis: rō tñ sua ex v̄bis apl̄i sū pta nō videt̄ sufficere. Tū q̄z aplūs in v̄bis suis nō videt̄ imponere p̄ceptū. Dicit em̄. Fratres hortamur. Exhortatio aūt nō insinuat p̄ceptū. Tum q̄z sic ꝓbaret̄ q̄ teneret̄ q̄libet sacerdos quotidie cessante legitimo impedimēto celebrare: vt nullo die grām dei in vacuū ꝑferret̄ accepisse. ¶ X De cōione laicoꝝ immo gñalr̄ fideliū rōnis vsum habētiū dr̄ s̄m Alex. q̄ nō tenent̄ nisi ex mādato ecclesie semel in anno. s̄m. c. oīs. de peni. ꝛ re. Et in articulo mortis de quo Inno. [Innocen.] Necessario q̄ppe sumēdus est agn⁹: vt a vastatore ꝑtegamur: nec exire possumus de Egypto: nisi celebrādo phase paschalem agnū edam⁹. Uerba v̄o Christi: q̄ in p̄ceptū sonare vident̄. Nisi mādncaueritis ꝛc. intelligūtur de mādncatiōe spūali: vt. s̄. dictū est. [Jo. vi.] Unū nō habēt efficaciā p̄cepti quo ad sacr̄alem sumptionem: sicut habēt illa. Nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua ꝛ spū: nō poterit intróire in regnū dei. [Jo. iij.] Nam xp̄s p̄ora sua v̄ba declarādo dicit. Caro nō ꝓdest quicq̄. s. sine spiritu. Uerba q̄ ego locut⁹ sum vobis: spūs ꝛ vita sunt. [Jo. vi.] Et tñ de illo dubio.

¶ Lectio. lxxxviij. A

Unc de sexto dubio

Hunc de sexto dubio. s. de negligētijs circa ꝯsecrōnē ꝛ misse offīm ꝯtingētib⁹ q̄ q̄z innumere sunt: errare enī ꝛ deuiare, infinitis modis ꝯtingit s̄m illud Diony. d̄ diuinis noīb⁹. c. iiij. Bonū est ex causa integra: malū aūt oīlarīs. ꝛ. ij. ethi. c. vij. Dirigere ꝯtigit vno mō: deuiare infinitis: ideo de oīb⁹ defectib⁹ regula dari non pōt. Possunt tñ directiōes circa aliquos cōtingētes defect⁹ dari: ex q̄b⁹ in alijs a simili directorīū pōt sumi. Ubi aūt nec ille sufficiūt: recurrendū est ad superioꝝ ꝯsultatiōes. Et q̄m in diuersis superiorib⁹ lectiōib⁹ de varijs particularib⁹ defectib⁹ tractatū est: idcirco ad illa remittā: ne idem sepi⁹ scriptū fastidio sit lectori. ¶ Possunt aūt defectus ꝯtingere circa singula sacri: puta circa materiā: aut formā: circa ministrū: aut ei⁹ intētionē. Possūt etiam scd̄o ꝯtingere circa cerimonialia: q̄ nō sunt de necessitate sacri: vt sunt locus: tempus: vestes: vasa: luminaria: orones tā añ missam: q̄ int̄ missa. Tertio circa sacri reuerētiā: vt si fundat̄ calix vel gutta sanguinis dn̄i stillauerit ꝛc. Quarto circa ministrum celebrātē: aut sumentē: vt si memorat̄ se nō ieiunū excōicatum: nō rite ordinatū: non baptizatum: aut si ante finē misse deficiat ꝛc. Singula breuiter ꝑstringam s̄m doctoꝝ sniās. ¶ B Quo ad p̄mum: si fuerit defectus in materia necessario requisita: que est panis ꝛ vinum aqua mixtū. De pane non de facili dep̄hēdi potest an sit triticeus: an de spelta: vel alio grano: nec ibi necesse est non ꝓcedere: maxime quia non est certū de pane triticeo: an sit necessarius ꝯsecratiōi: ita q̄ in solo triticeo fiat consecratio: de quo. s̄. lec. xxxv. latius disputatū est. ¶ De vino vero ꝯtingere potest: q̄ ex ministri negligentia loco vini alius liquor: vt aqua pura: aut oleum calici infusū sit: quod ne fiat sacerdos p̄mo minimum gustare faciat dum calicē p̄parat: qui vasa vinaria ꝛ aquaria offert. Ipse quoq̄ odorando explorat vini odorem in calice: si sanum habet olfatū: quod maxime faciendū const̄ locis: vbi calix p̄paratus ꝛ infusus offertur per diaconū. Prospiciat etiam in calicem dum p̄mo positur⁹ est in medio altaris: an sit infusus: an vacuus: ne ꝓcedat calice vacuo: ꝛ dum ꝯsecrare voluerit: aut sumere vacuū inueniat calicem. Si tamen per q̄cūq̄ negligentiā vel ministri vel sacerdotis vinum in calice non fuerit: sed alius liquor. Si id dep̄hēderit ante consecrationē calicis effuso tali liquore: d̄ nouo imponat vinū ꝛ aquam ꝛ ꝓcedat ad calicis cōsecrationem: nihil repetēs de prima lectio. Si v̄o post sumptionē seu in sumēdo ꝑceperit vinū non fuisse: faciat: vt. s̄. dictum est lec. x. Idem si calicem vacuum inuenerit. Primū est de mente san. Tho. par. iij. q. lxxxiij. ¶ Circa scd̄m. s. dum post sumptionem corporis xp̄i sub sp̄ebus panis aut vini perceperit: alium tradit modum: sed qui sup̄adict⁹ est sufficiat. Si v̄o dep̄henderit aquam non fuisse admixtam ante ꝯsecrōnem calicis: statim dum app̄henderit apponat ꝛ ꝓcedat. Si v̄o post ꝯsecrationem sanguinis dep̄henderit: nullo modo dꝫ aquā vino iaꝫ ꝯsecrato miscere: quia seq̄retur corruptio sacri in aliqua parte: vt. s̄. habitum est. lec. xxxv. sꝫ ꝓcedat sine admixtione aque. Non em̄ admixtio aque est de necessitate ꝯsecrōnis: sed ꝯsecrātis: vt ibi patet. Concordat Tho. s̄. in solu. quarte rōnis. Uideant̄ plura de qualitate vini ꝯsecrandi lec. xxxv. Laudabilis deniq̄ est ꝯsuetudo quarundaꝫ ecclesiarum: que ad misse officium ordināt vinum rubeum: vt sic de vini veritate: ꝛ gustus certificet ꝛ visus. ✱ ¶ C Si defectus cōtingeret circa ministrum. s. sacerdote: qui necessarius est ꝯsecrationi: aut quia non est sacerdos: puta quia vel nō baptizatus aut non rite ordinat⁹: vel quia deficit añ officij ꝑfectionem. ✱ Si p̄mum: hoc quidem difficile constare poterit: nisi per reuelationē aut certā relationē. Si tamen sibi ꝯstiterit legitime dum in officio m̄ ꝯe fuerit: cum totum officium irritum sit ꝛ inane: nullūq̄ ibi ꝯficiatur sacr̄m: cessare debet in quacūq̄ parte fuerit. Neq̄ si ante sumptionē constiterit: sumere debet vt sacr̄m: alioq̄n idololatriā cōmitteret. A qua p̄mus q̄ ꝯstiterit: ꝛ s̄m ꝛ ꝑpi̇ni ab idololatria inuincibilis ignorātia excusat: vt h̄r de p̄sby. non bap. apostolicā. Et ꝯditio habitualis que inesse debet. de quo. s̄. lec. l. ¶ Si aūt sacerdos morte vel graui infirmitate defecerit ante ꝯsecrationem panis: non opꝫ vt per aliū suppleat̄: nisi in ecclesijs ꝯuentualibus: vel quando sufficiūt facultates ecclesie ad plures sacerdotes nutriēdos: vt in. c. illud dn̄i. vij. q. j. Si v̄o deficeret incepta

piculū imi nere eccle ꝛ cū ścipl.

*Utrū sacerdos sutriot⁹: luna tic⁹ vt alia ex cū viu rōnis ꝑus s⁹ possit ꝯficere hoc sacr̄m licite celebrare? Rńdet: q̄ qꝛ ad ꝯsecrōnē hui⁹ sacr̄i rq̄rit̄ deuotio mi... exigit: ... ad celebratōēz deuotio ꝛ sui ... exala... .. si de... vsu rō... ... ex cū sit ꝑ... vt nū ... hec hic ... possit: ne... cōficere ... eo celebraret. si ... raro rō... vsu ꝑ... ꝛ illo ... regnat ... neq̄ ... obstet ali... impedi... ꝯficere ... ꝑ eade ꝑō... corpore ce lebrare dū mō hēat conditiōē rem sacerdotem.

*Quid n... ꝯcedū: si sacerdos p⁹ sūptōēz sacri corporis: vt sāguis vigeat spūs: vt tūc: aut ꝯsecratōe Rńdet ꝙ ꝑ sumptionē ab initio nul lo: mō ex ꝑcedū ... extrasiēdū aut ꝯsecrandū: ne sic spēs sacra les: ꝛ ꝯsha ... ꝯsacrāda: rz sptū: vt ꝙ vigeat: ꝛ...

